


Johann Quistorp Stephan Klotz

De Aphorismo Evangelico Joh. I. 29. Ecce Agnus Ille Dei, Qui Tollit Peccatum Mundi, Dissertatio Theologica

Rostochii: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739730428>

Druck Freier  Zugang



Programm vorangeht.

- ① Programm
- ② Vert.: H. Clotz

Clotz - Aristot. Ia
R. U. Theol. 1634.

Contenta:

- ① J. Amortius Programma 1634
- ② H. Clota: Ecce agnus ille Dei 1634

DE APHORISMO EVANGELICO

Joh. 1. 29.

ECCE AGNUS ILLE
DEI, QUI TOLLIT PECCATUM
MUNDI,

Dissertatio Theologica,

Quam

Auxiliante DEO

Ex

Decreto & consensu

*Reverendi & Amplissimi Collegij Theologorum
in Academia Rostochiensis*

PRÆSIDE

Reverendo Cl. & Excellentissimo Viro

DN. JOHANNE QUISTORPIO,
S. S. Theologiæ D. Professore, Seniore

facultatis, & ad D. Mariæ Ecclesiæ, p.t. Decano
spectabili, & Collega suo reverenter
colendo

*Pro summo in Theologia Gradu consequendo
proponit publicè examinandam,*

STEPHANUS CLOTZ, S. S. Theologiæ Professor
ordinarius, & ad D. Jacob. Ecclesiæ minister.

Ad d. 13. Novembr. horis ante & postmeridianis.

ROSTOCHII,

Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXIV.

1634



ΒΙΒΛΙΟΝ

De Aphorismo Evangelico

Joh. 1. 29.

Ἰδὲ ἰ ἀμὲν τοῦ θεοῦ ὁ ἄριστος τὴν ἀπεργάσασθαι
τοῦ ἄρουρου.

THESIS I.



Ulm disputatio pro more habenda esset, visum est venerando Collegio Theologico, ut ex aureo Evangelij breviario & doctrinae justificae compendio Joh. 1. 29. haberetur. Verè hæc B. Bernhardi vox laticæ, vox misericordiae, sermo gratiae, verbum remissionis & pacis, imo vero ut D. Brentius appellare consuevit, totius Evangelij Epitome est, à cuius singulis, non dicam voculis, sed literis magni montes mysterii videntur dependere. Quod ergo Deus O. M. bene vortat, felixq. & faustum, esse jubeat, singulas ordine voculas expendere & conferendis sententijs exhibere operæ pretium est: I. Quid Ecce, II. Quid Agnus ille, III. Cur Dei sit, IV. Quid tollere sit, V. Quid peccatum quod tollit, VI. Quid Mundus à quo tollit. Hisce punctis cum bono Deo, perficietur dissertatio nostra.

II.

PUNCTUM I.

De particula ECCE

Ecce attentionis est in rebus observatu dignis usitatura
Ps. 7. 14. G. 52. 13. Jer. 16. 16. Zach. 9. 9. Ps. 40. 8. Luc. 1. 31. G. 7. 12. 1. P.
31. 10.

21. Joh. 1. 26. &c. hoc vero loco non solum *Ἰωάννης*, quod Johannes q. exerto digito auditorum animos ad maximi momenti rem perpendendam attentos esse jubet, & illum jam Agnum præsentem esse demonstrat, quem tot & tot V. Testamenti ritus, tot & tot agni præfigurant, quoq; præsentem & exhibitum, tanquam corpore, V. T. ritus sacrificiales ut umbras cessare, & publici de illo exhibitum præconiij initium fieri oportuit; sed etiam *ἁγίου Πνεύματος*, quo Johannes totam pedagogiam Mosaicam, ejusq; annexos ritus *ὅτι τὸ ἁγίου Πνεύματος ἁγίου ἁγίου Πνεύματος* Hebr. 7. 18. ad Christum referri asserit, quod sc. Agni illi legales per se suisq; meritis expiare non potuerint, & auferre peccata, sed solum respexerint ad illum Agnum qui jam sit præsens & tollat suo merito valentissimo totius Mundi peccatum. Hinc *Confessoria* sunt.

III.

I. Johannem fuisse *προφήτην* *πρὸς Φίλιππον* *Ματθ. 11. 9.* quia Christum sua & Prophetarum omnium voce prædictum digito meruit demonstrare, ut ait Gaudent. Brixienf. Episc. serm. 17. in ded. Basil. 8. 40. Martyr: Impudens sane Monachorum os, & dignum, quod mittatur ad Anticyras, qui ita de suo Francisco: *Franciscus, a jure, plus fuit quam Johannes Baptista, quia Johannes Baptista tantum fuit penitentiæ prædicator, Franciscus fuit prædicator & omnia penitentiæ institutor, Ioh. fuit amicus sponsi, B. Fr. similis Dn. I. Christo, Ioh. mundo fuit singularissimus sanctitate, Fr. excellentissimus fuit ad Christum præ, alijs &c.* In libi. Conformit. S. Fr. fol. 18.

IV.

II. Ioh. Bapt. fuisse Evangelij de Christi merito præconem: Ut hoc asserum evidens sit, negavit tamen Socin. qui nullam asserit mentionem extare meriti passionis Christi in ullis concionibus præcursoris Christi; Negavit quoq; Bellarm. qui l. 1. de Bapt. c. 23. scribit, Non esse eandem doctrinam Iohannis & Christi nisi in eo sensu, quod nihil contrarium docuit Iohannes Christo, Alioqui inquit, Iohannes nihil docuit de resurrectione Christi, imo etiam neq; expresse de passione: Nam quod vocavit illum Agnum Dei, referri potuit ad innocentiam & mansuetudinem, et si victima non fuisset! Apage vero ineptias istas! Ille nil doceat

doceat de Christo qui est *πρωτόπρον προφήτου*, cui tamēn
Christo omnes Prophetæ testimonium perhibent? Ille nil dicat
expresse de passione Christi, qui expressis verbis dicit Christum
esse agnum illum qui tollit peccatum Mundi, & quæ verba sunt
ipsius Bellarm. sui parum memoris l. i. de Bapt. c. 21. *significat*
Christum sublaturum peccata mundi, cum instar agni immolaretur in
cruce? Non est credendum ait Thomas 2. 2. q. 2. a. 7. quod ignoraverit
Iohannes Christum ad passionem venturum, ipse enim dixerat, Ecce Agnus
&c. pronuncians immolationem futuram: Ribera l. 4. de temp. c. 9.
Agnus ait, qui quotidie offerebatur Christum sine dubio significavit in cru-
ce patri offerendum, quod intencans Ioh. Baptista, digitoq; Christum de-
monstrans clamabat Ecce Agnus &c. ac si diceret, Hic est Agnus quem
sibi Pater offerri voluit ut mundum sibi reconciliaret, hic est, qui tollit
peccata hominum, quæ Agnus legis tollere non potuit.

V.

III. Joh. Bap. fuisse v. & N. T. *μεσίτης*, ut Nazianz.
limitem in quo cessavit Iudaismus & cepit Chriianismus, ut Ter-
tull. *primum gratiæ in N. T. ministrum ut Cyrill. Horizontem*
qui terminavit vetus, & inchoavit N. T. ut Salmeron non male ap-
pellavit. Faceffant merito Bellarm. suorumq; complicum inep-
tic, qui Baptismum Ioh. negant esse Sacramentum N. T. multo vero
minus idem cum Baptismo Christi, ut est apud Bell. l. i. de Bapt. c. 20.
qui tamen paulo ante Thomæ asseruit pertinere eum Bapt. non ad
legem veterem sed ad novam potius: Sanè cum Joh. factum est initi-
um Evangelij Marc. 1. 1. & appropinquavit regnum cælorum
Matth. 3. 2. h. e. Messix diu exoptatum, lex item & prophetæ,
lex quo ad umbras, prophetæ quo ad oracula, ad Johannem usq;
prophetarunt, Matth. 11. 13. Quod enim lex præfiguravit in ty-
pis, & Prophetæ promiserunt in oraculis, Johannes exerro di-
gito præsens & exhibitum esse ostēdit, quod ibi procul positum
erat, & visebatur eminus in Agnis sacrificialibus, hic prope po-
situm videriq; cominus ostēdit Joh. cum ait, Ecce Agnus.

A 3

VI. PUN-

VI.

PUNCTUM II.

Quid AGNUS ille, ὁ ἀμνός?

Rem profecto maximam, adeoq; nobis non satis æstimabilem dixit Baptistes, cum AGNUM dixit: Fuit ex legis præscripto Agnorum mactatio usitatissima; Mactatus est אֶזְרָא agnus Paschalis Ex. 12. 3. seqq. 2. Par. 30. 18. (qui etsi non erat sacrificiū strictissimè dictū, habebat tamen aliquid sacrificijs analogon) Oblati sunt in jugi sacrificio quotidie duo Agni sine maculā, bis, mane & vesperi Ex. 29. 38. 39. quod sacrificium nullo die etsi festus esset, intermissum est, ubi pro ratione festi aliæ victimæ unā cum holocausto jugi immolatæ sunt Num. 28. 10. Et ne hic peccatum committeretur, conclave aliquod, ubi agni iustarentur & inquireretur in eorum munditiam, Judæi destinarunt, quod vocarunt *Conclave oblationis*, aut cum addito *Conclave oblationis agnorum*, ut est in *Codd. Middorh c. 1. S. 6.* Oblati sunt Agni pro populo, Lev. 9. 3. in consecratione Sacerdotum & pro singulis tribubus Num. 7. per tot. in purgatione perperæ Lev. 12. 6. in mundatione leprosi Lev. 14. 10. à Nazireis Num. 6. 14. in festis solemnioribus Num. 28. & 29. Christus ergo tum hic tum alibi Es. 53. 7. 1. Pet. 1. 19. Ioh. 1. 36. Ap. 7. 14. c. 14. 1. c. 15. 3. c. 19. 7. &c. dicitur Agnus, non tam ut innocentia, patientia, mansuetudo &c. ejus, sed & præstita in cruce immolatio & passio acerbissima denotetur, quæ tot V. T. agnis & sacrificijs fuit præfigurata.

VII.

AGNUS ergo quando dicitur, victima intelligitur, ut non solum h. l. sed & Ap. 5. 6. 9. 12. c. 13. 8. ubi mactatus dicitur, & 1. Pet. 1. 19. ubi redempti dicimur *sanguine agni*, ostenditur. Victima inquam redemptoria, & expiatoria pro peccato, h. e. res ejusmodi, qua ut Melancthon ait in comment. super h. l. p. 619. nihil tristius dici potest, significat enim rem in quam DEUS exierit iram suam, qua ardet adversus peccatum: Est (victima) res reatira DEI, & destinata morti seu exitio propter iram DEI adversus pec-

su peccatam: Victimam in S. S. nomine abstracto dici consuevit
 חַטָּאת, חַטָּאת, peccatum, *Ex.* 30. 10. *Lev.* 4. 20. 24. 29. 33.
 6. 5. 8. 9. c. 9. 2. 3. 8. 10. 15. 22. c. 10. 16. 17. 19. c. 12. 6. 8. c. 14. 13. 22.
 &c: חַטָּאת delictum *Lev.* 5. 15. 16. 18. 19. 6. 6. 5. 17. c. 14. 12. 13.
 25. c. 17. 21. 22. | &c: quia in ipsam peccata populi, rea-
 tusq; ira ac poena Dei suo quodammodo per imputationem transfereban-
 tur, ut bene ait Flacius, & pro homine peccatore ex Dei institu-
 to mactabatur, ejusq; loco & vice poenas luebat, ne peccator
 luere teneretur. Christus ergo dicitur ὁ ἀμνὸς AGNUS
 ILLE, (addito non frustra articulo, qui ut Erasmi & Beza ex
 Chrysostr. notarunt, emphasin habet, non dignitatis modo, sed
 & relationis) h. e. victima illa pro peccato, *Eph.* 5. 2. *Ebr.* 7. 27. c.
 9. 25. 26. 28. c. 10. 10. 11. 12. 14. sive ut Paulus, peccatum 2. *Cor.* 5. 21.
 cui coram Dei iudicio sunt imputata & imposita totius Mundi
 peccata, ut poenam sustineret, loco & vice hominum peccato-
 rum, ne ipsi luere tenerentur: Victimam illam, sive ut Paulus, ma-
 ledictum *Gal.* 3. 13. in quod omnem iram suam peccatis debitam
 effudit, & maledictionis fulmen propter peccata non sua sed no-
 stra vibravit Deus: victimam illam, quam nostri loco contrivit Deus,
 in quam peccata nostra occurrere fecit, quae peccata nostra porta-
 vit, & ut nobis requies esset, castigari & mactari voluit *Es.* 53. 4. 6.
 10. Quod quidem à le viticis istis Agnis & victimis per sese præ-
 stari non potuit.

IX.

Qui sit autem quod AGNI solum notio Christo tribuitur;
 cum non per Agnos solum, sed & reliqua sacrificia fuerit præfi-
 guratus? Lyranus in glossa duplicem rationem assignat: Prima
 est ait, quod inter omnes figuras V. T. agnus paschalis expressius figurabat
 passionem Christi, quod ille agnus erat sine macula, & per ejus immolatio-
 nem filij Israël liberati sunt à servitute Aegyptiaca, sic per passionem
 Christi, qui peccatum non fecit, sumus liberati à servitute Diaboli: Se-
 cunda est quod iuge sacrificium, quod figurabat perpetuam beatitudinem
 (nos, Christi passionem) fiebat de Agno. Chrysostr. in *Joh.* hom. 16.
 dicit vocari Agnum ut Esaiæ Prophetiam in memoriam Iudaeis reducat &
 per figuram magis ad veritatem alluciat Iohannes. Pono è dictis seqq.
Consectaria.

IX. I. 24.

I. *Sacrificia V. T. fuisse typos sive ut Philo, symbola futurorum, sive ut August. ait, promissivas figuras, & umbras Agni illius propitiatorij N. T. quem exerto digito intendit Johannes. Pauci sunt, qui hinc de sacrificijs rectè sentiant, quæ tamen singula, sicut & totus Leviticus ordo, cœlestia spirant sacramenta: I. Est tom. 3 Biblioth. Patrum fragmentum S. Niconis de pessimorum armeniorum pessimâ religione, in quo hæc inter alia eis tribuuntur, quod omnia fere quæ sunt abolita legalia adhuc per agant: Agnum enim magno Dominico sacrificant, & limina inungunt, & ejus ossa comburentes, servant cinerem cum sanguine in signum expiationis: Quibus nescio quam frigidam suffundat Bellarm. qui l. 1. de Missa c. 21. perquam oscitanter edisserit, causas cur populus Hebræorum sacrificia externa & proprie dicta habuerit, OMNES inveniri etiam in populo Christiano: Quod si verum est, non est ratio cur cessare debeat hostia & sacrificium adventante Christo, neq; sacrificiorum præcipuus finis potuit esse τυπικὸς, quæ adumbratio τυπικῆ cessat hodie nec reperitur in populo Christiano. II. Socinus & Schmaltz. etsi dicant sacrificia illa fuisse figuras mortis Christi, quæ præstita fuerit pro universo populo, ipso etiam aliquando summo sacerdote non excluso, si tamen de omnibus sacrificijs intelligatur, quod fuerint typi & figura mortis Christi dicunt falsissimum illud esse. III. Judæi, quod de ijs August. asserit, tum alibi tum hic sunt paratè ad legendum, cæci ad intelligendum, duri ad credendum: Putant enim sacrificia eo sine à Deo esse sancita, ut Idololatria & θηρολατρεία animis Israëlitarum evelleretur: Jovem enim in forma arietis vel agni, ut est apud Lyran. signum item Arietis ut est apud R. Mose Majem. in More Nevochim, colebant Ægyptij, quia ijs, quod Gregor. addit, in forma hirci apparere solebant Dæmones, unde putatur factum esse, quod non solum prohibitum sit, oves non mactare apud Ægyptios, sed & pastores abominatio fuerint apud eos, Gen. 43. 32. c. 46. 34. Ex. 8. 26. quia animantibus illis, quæ religio se venerabantur Ægyptij, vescerentur, aut ea sacrificarent. Et ideo ait R. Mose Majem. cit. l. p. 3. c. 46. ut memoria erronearum istarum opinionum ex animis hominum deleteretur, præcipit nobis*

pit nobis (Deus) ut has tres bestiarum species (arietes, hircos, boves) solum in sacrificijs nostris offeramus &c. Hoc sine præcepit nobis in die Paschatos mactare Agnum, ejusq; sanguine anteriorem ostiorum nostrorum partem aspergere, tum ut nos à perniciosis istis opinionibus purgemus, tum ut contrarium illorum profiteamur, hominibusq; persuadeamus, actionem illam quam ipsi mortiferam judicabant, à morte liberare. R. Mose Gerundensis mactationem agni ideo dicit in Paschate factam, quia in ea lunatione aries signum cæleste magnam habet vim, siquidem facit renasci plantas terræ, ideo Dominus jubet occidi & manducari arietem juveniculum, ut ostenderet, quod filij Israël non vi illius signi sed virtute Dei exierint ex Ægypto. Scilicet nūgari oportet & cæcutire eos, quorum ἐπιγοῶν τὰ νοήματα. IV. Sunt quoq; è Patribus & Scholasticis qui in hanc sententiam concedant cum Chrysofost, quod sacrificia instituta fuerint, ne vulgus fidelium, cernens alias gentes magnificis & exquisitis sacrificijs Deos suos colere & venerari, ad idololatriam relaberetur. Anastas. Episcop. Nicen. (non is qui Imperante Marciano Nicenæ Synodo interfuit Anno 451. neq; alter ille qui anno 518. Constant. Synodo subscripsit, sed alius longe posterior) q. 30. in Script. sacrificare quidem ait, concedens Deus, propter eorum imbecillitatem, jubens autem sacrificare ea, quæ ab ipsis colebantur, ut ex eo quod sacrificarēt, discerēt non nominare, nec existimare Deos ea quæ sacrificabantur. Hyeron. à S. Fide Judæus conversus, (qui vixit sub Benedicto XIII. Anno 1412. cujus etiam Medicus fuit) l. r. contra Judæos ex R. Mose Ægyptio recitat, quod animalium sacrificia in templo ad primam intentionem non fiebant nisi ut populus ejusdē temporis ab Idololatriâ gentium, quam signis & planetis assue scebat facere, separaretur, præcipiente ei Deo, quod sicut ceteræ gentes idolis immolabant, sic & ipsi immolarent ei, qui hoc modo illos ad principale, & spirituale servitium gradatim deduceret, &c. Concluditur ergo, ait paulo post, quod quando totaliter immolatio animalium esset à gentibus remota, sicut post Messie adventum factum fuisse novimus, esset deinde remota causa, quare Deus præceperit in animalium templo fieri sacrificia: Lyra quoq; in c. 12. Ex. agnum magis quam aliud animal immolatum fuisse ait, ad detestationem idololatriæ Ægyptiorum, qui Iovem colebant in specie arietis vel agni. Thomas item præcepta de sacrificijs Judæis putat lata non fuisse nisi post idololatriam &c. Horum vero omnium

B

senten-

sententias una liturâ deleas, modo constet, sacrificia non per accidens instituta aut usurpata fuisse, sed per se, ut DEUS coleretur, & præcipue (præcipue inquam, nam plures unius rei fines non est cur negem) ut Christus præfiguraretur, & ut B. August. ait l. de fide ad Petrum c. 2. tom. 3. fol. 217. in sacrificiis carnalium victimarum, quæ ipsa sibi sancta Trinitas, quæ unus est Deus N. & V. T. à patribus nostris præcipiebat offerri, illius sacrificiij significaretur gratissimum munus, quod pro nobis seipsum solus Dei filius secundum carnem esset misericorditer oblaturus &c. Nam, hæc ratio est, quod Johannes Christum dicit esse Agnum illum, præfiguratum sc. per tot victimas legales, tot agnos, tot sacrificia, quæ à lapsu demum cum primâ promissione de Agno illo sive Messia propiciatore factâ incepere, & post peractam Agni illius in cruce oblationem, præstitamq; expiationem perfectissimam desiere, Dan. 9. 27. & quidem usq; adeo constanter desiere, ut in hunc usq; diem non sacrificent Judæi, sed sacrificia aut verbis redimant, legentes mandata de sacrificiis prout singulis temporibus offerri debuerent, ut est apud Buxtorf. Synag. Jud. c. 5. p. 162. aut analogon aliquid sacrificiis (conservationem nempe carni) præsent peragantq; ut est apud Frantz. l. de Sacrif. d. 12. Th. 41. seqq. aut Gebber, h. e. Gallinæ gallinacum certis ritibus pro peccato sistant & offerant, ut est apud eundem Buxt. cit. l. c. 20. p. 300. seqq. Cæcus sit oportet, qui non videat, contigisse tempore Messie aliquid, ut sacrificiis jam non sit amplius opus, præstitamq; esse ab Agno illo Dei oblationem illam in cruce perfectissimam, gratiâ cuius, tot hætenus agni mactati, tot hostiæ cæstæ, tot sacrificia frequentata & peracta. Molestum sit percensere tot sacrificiorum myriades, quas observare debuit religio Indæica, tot Sabbathia, tot novilunia, tot Paschales, Pentecostales, Scenopejales ferias, quæ sigillatim una cum jugi sacrificio, suas sibi vendicabant victimas. Difficile sit narrare tot oblata pecora pro peccato, pro delicto, in dedicationibus, consecrationibus, votis & id genus rebus alijs: Duo quotidie agni bis, mane duo & vesperi duo oblati fuerent pro tota universitate, sive ut Philo ait, pro toto mundo, intra mille et go annos hoc unicum Holocaustum jure absorpsit Agnos 730000, Josephus in Apol. adv. App. asserit in singulis clas-

sibus

stibus, quæ per viçes in templo unam hebdomadam sacra faciebant, fuisse plus quam quinq; millia sacerdotum, unde, quot victimis quotidie opus fuerit, ne tot manus otiosæ essent, conijcere non est difficile: Ano die Paschatis ut idem autor observat l. 6. ἀλως. c. 45. ducenties quinquagies quinquies millena & sexcenta animalia immolata fuere: Alia Paschate, ut idem Joseph. l. 7. c. 17. scribit hostiarum ducentas quinquaginta sex millia & ducentas numeravere: Immensa prope modum & inestimabilis hæc victimarum multitudo est, quas tam sanctè sibi deferri & per tres integros & quod excurrit millenarios perpetua vice ad Mefsiam usq; exhibiturum frequentari voluit Deus, ut dicente B. August. l. 10. de c. d. c. 20. unum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur. Agnum enim hunc mactari necesse fuit ab origine mundi Ap. 13. 8. non in decreto, efficacia, promissis & oraculis solum, sed in typis quoq; & Agnis victimisq; legalibus, usq; ad tempus quo Agnus ille sese traditurus erat oblationem & hostiam Deo Eph. 5. 2. quo præstito ἀπὶ μηλωνῆς silentium oeconomix Mosaicæ indicitur, præstitumq; esse significatur in Christo, quod de Christo in sacrificijs erat præfiguratum: Et quid multis? Disertis verbis dicitur, Ritus legales, quorum pars potior sunt sacrificia, fuisse umbras & Exemplaria, Col. 2. 17. Ebr. 8. 5. 6. 9. 23. c. 10. 1. 6. 13. 11. 12. (Cujus Epist. pars potior in eo est, ut ostendat V. T. ritus in Christo suum complementum accepisse) quibus umbris opponitur veritas per I. Christum præstita Ioh. 1. 17. c. 4. 23. 24. quod namq; lex adumbravit, vere præstitit Christus, & ut explicat August. h. l. Epist. 11. pro legibus gratiâ quæ præterijt, gratiam Evangelij accepimus permanentem, & pro umbris & imaginibus V. Instrumenti gratia & veritas per Christum facta est. Et ne Socino fidem habeas asserenti, solum summum sacerdotem, solamq; anniversariam expiationem, aut sola quæ pro populo fierent sacra sacrificij Christi figuram gessisse, vide & expende Ebr. 9. 13. 22. c. 10. 11. Interim perpendat Socinianus, quid causæ sit, cur opus fuerit novo sacerdote ex ordine Melchisedech Ebr. 7. 11. Sanè fidem in Deum prædicare, prædicationem eamq; morte confirmare potuere etiam levitici Sacerdotes, Qua-

te si nil præterea efficit Christi Sacerdotium, (ut vult Socin.) sequitur eo opus non fuisse.

X.

II. *Sacrificia V. T. τῶν πικῶν peccata expiasse, & à Christo præstitam satisfactionem τῶν πικῶν præfigurasse*: Tanto pressius urgenda hæc assertio est, quanto à Photini sequacibus impugnatur fortius: videatur Socinus l. i. de Servat. p. 2. c. 11. Cardinalis quoq; Bellarm. disertis verbis asserit, *Sacrificia non culpam aut pœnam æternam, sed immunditiam tantum legalem & pœnam temporariam expiasse*, l. 2. de Sacram. c. 14. seqq. l. 2. de Missa c. 2. §. At etiam, l. 4. de Pœnit. c. 8. & 15. in resp. ad 5. argum. Hic vero pro asserto nostro tenendæ seqq. hypotheses: 1. *Sacrificia per modum satisfactionis expiasse*, non nuda quadam quæ absolutâ Dei placatione absq; pretij interventu fiat, sed satisfactoria expiatione, quæ in pretij quadam perfolutione & satisfactione consistat: Neq; quod de expiatione illa dico, huic vel illi solum sacrificio tribuo, v. g. illi quod dicitur sacrificium pro peccato, ἄνθρωπο ἡ ἀμαρτία, aut ὄψων sacrificiũ pro delicto, ἀλημιέλεια, sed universo sacrificiorũ generi ejusq; singulis speciebus assigno: Penitus itaq; non probo distinctionem sacrificij (exclusivè intellectam) in Latreuticum, Eucharisticum, Impetratorium & propitiatorium, quæ est apud Thom. Becan. & alios: Et hæc opinio S. S. sacris non firmata solum Levit. i. 3. 4. & c. c. 17. II. sed & gentibus persuasa fuit, (apud quas tamen in superstitionem abiit) Sacrificia esse ἰλαστικά, ἀγνιστικά καθαγιαστικά, ἀποτρόπαια, averrunca, quæ iram divinam avertant, piacina, piamenta, piacula, quibus crimina nostra piuntur, & dijs homo concilierur; Februa Romani dixerunt piacina patres, quibus malefactorum conscientie purgarentur deleveruntq; peccata, ut Plinius ait. Tandem, ut cædes manifesto piaculo lueretur, imperatum est patri ut filium expiaret, & à pecudum maectatione ventum est ad maectationem hominum, quia, ut Cæsar explicat de Gallis agens, pro vita hominum nisi vita hominis reddatur, non posse immortalium Deorum numen placari arbitrantur. Hæc vero ideo addo, quod dicit Socinus Johannem cum Christi.

Christum agnum Dei appellavit ad sacrificia in universum re-
 spexisse, quibus non solum apud Hebræos sed & apud Gentes
 peccata expiari credebantur. Unde dubitandum non est, voces
 Græcas hujus argumenti eo sensu usurpatas quem tunc usus &
 lingua admisit. II. *sacrificia expiasse non ἀπενεργητικῶς, sed*
ὀργανικῶς, non per se, ex dignitate & virtute suâ, sed ex ordi-
natione & acceptatione divina: Quæ enim est inter vitam ho-
minis pecorisq; proportio, ut istud pro illo, vita pecoris pro vita
æternâ hominis redimenda per se, suoq; valore possit esse præ-
tium æquivalens? cum nulla creatura sua virtute Deo satisfacere
possit, quanto ergo minus faciet pecus satis in finitâ Dei
justitiæ hominum peccatis offensæ? Et inde est quod fuit
ἀδύνατον αἰνεῖν ταύρων καὶ κτῶν ἀφαιρῆν ἀμαρτίας Hebr.
10. 4. fuere enim sacrificia ille per se & in se considerata
σάρκικα Ebr. 7. 16. διηκώματα σαρκὸς Ebr. 9. 10. quæ sancti-
ficarunt πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα Ebr. 9. 13. nec pote-
rant perfectos reddere Ebr. 9. 9. c. 10. 1. Accedente tamen acce-
ptatione divinâ, qui in Sacrificijs juxta legem oblati per fidem,
tanquam veræ victimæ expiatoriæ typis acquievit, aliquam pro-
portionem inter venisse dicendum est. III. sacrificia expiasse
non ratione formæ sed finis, sive ὀπτικῶς, prout umbræ fuere &
promissivæ figuræ Agni illius, qui venturus erat ex piare & tol-
lere peccatum Mundi: Expiarunt enim sacrificia, non tamen vir-
tute sua: Aliena igitur; Quâ vero? Certe non alius, quam il-
lius agni propiciatorij, cujus umbra fuere & exemplaria, de
quo nem tentatur non Joh. solum quod tollat peccata, sed & an-
te eum omnes Prophetæ, quod in nomine ejus sit remissio pec-
catorum Act. 10. 43. oportuit itaq; sacrificia ad expiationem offe-
rentes vera fide meditari illud nomen in quo erat peccatorum
remissio, oportuit agnos mactantes intueri agnum illum qui
ἐνεργητικῶς tollere debuit peccata nostra &c: Et sic ut optime
Brennius ait, sacrificia fuere conciones oculares de futura passione
Christi, & publicæ confessiones, quibus testabantur se in solo sacrificio
promissi seminus querere peccatorum suorum remissionem, justiciam & sa-
lutem. IV. sacrificia expiasse non ex opere ut a jure operato, sed ex fi-

de & devotione offerenti: Ubi ubi enim purificatio cordis peccatorum expiatio, adoptio, iusticia & salusest, ibi oportet esse & fidem tanquam *ἡγορευον* nobis ea vendicans *Ad. 15. 9. Eph. 3. 17. Joh. 1. 13. Gal. 3. 26 Rom. 3. 22. Ebr. 11. 6. &c.* Hæc autem omnia in sacrificijs salutariter adhibitis fuere, fuit ibi cordis purificatio, peccatorum remissio, adoptio, &c: Necesse ergo est ad fuisse & fidem, & sic, quia fides non expiavit per sacrificiâ, sed sacrificiâ potius per fidem, consequens est, expiâsse mediante fide non vero ex opere operato: Fides equidem non dedit efficaciam sacrificijs, quam habuere ex ordinatione divina, efficaciam tamen sacrificiorum dedit offerentibus, quibus nisi accederet fides salutaria esse non poterant, ideo dicta cum addito sacrificia iusticia, *Pf. 51. ult.* quia puro corde, contrito pectore, indubitata in Christum fide qui solus est Jehovah iusticia nostra *Ier. 23. 6. 1. Cor. 1. 30.* offerri debuere: Hinc est, quod Abelis sacrificium cum beneplacito respexit, vel ut Theodotion habet, inflamavit Deus *Gen. 4. 4.* quia fide obtulit majorem hostiam *Ebr. 11. 4.* Caini vero plenas manus non respexit, non quia displicuit Deo laboriosa opera, quam in colendâ terrâ infumit, ut Josephus nugatur, sed quia plenas non puras manus attulit. Et hæc ratio est toties rejectorum sacrificiorum *Es. 1. 11. 6. 66. 3. Os. 6. 6. 9. 4. Am. 5. 21. Prov. 15. 8. 6. 21. 27. Pf. 51. 15. Pf. 69. 31. 32.* quia ex opere operato sine verâ fide & pœnitentiâ offerri consueverunt; Quam Sancte enim & devote inter fidei & pœnitentiæ exercitia peragi voluerit Deus istos sacrificiorum ritus, dici possent, si institutum pateretur: V. *Sacrificium Christi vere satisfactorium fuisse*, sive quod idem est, Christum semetipsum offerendo Deo perfecte pro nobis satisfecisse: Nam quod in umbris fuit typice figuratum à Christo verè fuit præstitum: Veritas enim per Jesum Christum præstita est *Ioh. 1. 17.* At vero satisfactio illa Christi fuit in sacrificijs V. T. typice præfigurata: Sacrificia enim illa non abstrahebant à peccato, præsertim fidem alicujus rei faciendo, neq; etiam remissioni peractæ aut certo decretæ testimonium præbebant, sed ut ipse Socin. agnoscit, erant antecedens requisitum ad remissionem, imò verò acceptabilia erant ad expiandum *Lev. 1. 4. & auferendum reatum peccatorum, idq;*

BY 71205

τοπικῶς Ita & Sacrificium mortis Christi pro peccato fuit per-
actum, non quod fidem nobis in generando nos à peccatis in
posterum retrahat, aut quod remissioni aut decreto de ea facto
testimonium præbeat, ut Socin. contendit, sed quia est accepta-
bile ad expiandum animas nostras *αὐτοπικῶς*, & ἐνεργη-
τικῶς. Figura enim cum figurato congruere debet in eo in quo fit collatio
ait Socin. l. 2. c. 10. Pecus item Sacrificiale peccatum sive de-
lictum fiebat *τοπικῶς*, ita ut peccata sibi imposita & imputata
portaret, Lev. 1. 3. 4. 1. 4. 15. 24. 29. 33. Lev. 16. 21. seqq. Christus ergo
ita peccatum fit, ut peccata sibi imposita portet *ἐνεργητικῶς*:
Pecus pro homine moriebatur, Lev. 17. 11. hoc e. vice hominis,
ne ipse moreretur, & pœna à peccatore tolleretur, *τοπικῶς*, Chri-
stus ergo ita pro homine & vice ejus moritur, ne homo moria-
tur *ἐνεργητικῶς*. Pecus erat acceptabile ad expiandum homi-
nem Lev. 1. 4. *τοπικῶς*. Christus ergo *ἐνεργητικῶς*, San-
guis pecudis dabatur super altari ad expiandum animas
Lev. 17. 11. quippe qui erat vice animæ, in quo erat anima peco-
ris, ac propterea animæ nomine appellatur: idq; præstabat
τοπικῶς, Christi ergo Sanguis idem præstat *ἐνεργητικῶς*,
Pecus erat oblatio suavisissimi odoris Domino Lev. 1. 3. 4. 9. 13.
14. 17. 6. 2. 1. 12. 16. 17. 23. 6. 5. 5. 11. 16. erat odor quietis Domino
Gen. 8. 21. quia quietum faciebat Dominum ab ira, *τοπικῶς*,
Christus ergo fuit talis oblatio & victima Eph. 5. 2. *ἐνεργη-
τικῶς*. Et quod addo: Victima V. T. erat oblatio per
mactationem, Lev. 17. 11. c. 1. 5. 9. 13. 17. c. 6. 1. seqq. Est enim
Ἰουσία ἐν τῷ σφάττεισθαι, peragiq; tunc Ἰουσίαν cum morti-
trahitur hostia, omnes Græcorum Latinorumq; libri indicant,
ut vero victima per mactationem sui fuit oblata pro peccatis
τοπικῶς: Ita etiam Christus non per nudam & lætam ejus in cælis
præsentationem, ut Socin. vult sed dolorosam & cruentam in cru-
ce mactationem, victima factus est *ἐνεργητικῶς*, cujus sacrifi-
cij quandam quasi ostensionem sive ἐμφανισμὸν ut in cælo
factum non nego Ebr. 9. 24. Ita sacrificium sive oblationem
Christi

Christi proprie dictam in cœlo peractam esse nunquam in So-
cini gratiam contra SS. affirmo.

XI.

III. *Sacrificia non fuisse Typos sacrificij Missæ incruenti*: Ita qui-
dem ait Bellarm. ut videre est, l. i. de Missa c. 8. *illa omnia* (va-
ria sacrificia veteris legis proprie dicta) *fuerunt typi ac figura sa-*
crificij Eucharistiæ &c. cum primis vero cum suis gregalibus A-
gnum Paschalem contendit esse figuram sacrificij Missarici cap. 7. At N.
Sacrificium, quod perfectum est, reiterandum est. Ideo enim sa-
crificia V. T. reiteranda erant, quia imperfecta erant, Ebr. 7. 23.
24. c. 9. 25. c. 10. i. 2. ii. 12. seqq. Christi vero sacrificium perfe-
ctissimum est, & consummatissimum: Citra blasphemiam ergo
repeti non potest nec debet, siue id cruento modo fiat siue in-
cruento: *Item*; Quod Christus tanquam umbram & typum
consummavit, perfecit, abrogavit, illud postliminio reducere
piaculum esto: At vero jugem illam sacrificandi consuetudinem,
quæ nullius nisi unici sacrificij Christi figura fuit, suo tan-
dem sacrificio abrogavit: Ergo: *Item*; Quod in Christo comple-
mentum accepit, non magis revocare licet quam totum V.
T. Ac vero omnia sacrificia externa accepere in Christo comple-
mentum, quæ ideo toties sunt repetita, quia nondum erat præ-
stitum quod figurabant: hoc vero præstito quod opus est illa cre-
bra repetitione sacrificiorum? Porro: Immolatio Agni Pascha-
lis ait Bellarm. cit. l. potest dici figura passionis Christi,
ergo immolationis agni Paschalis typus à Christo fuit imple-
tus in cruce, & quidem tantum in cruce, nam ut agnus
paschalis non bis sed semel mactandus erat: Ita,
quod ratio typi ad antitypum evincit, Christus quoq; non bis sed
semel nec incruente sed cruento immolari debuit: Unde ergo,
dic Bellarmine, unde Sacrificium Missæ? Alij in ipsius ordine
prudentiores sunt, Vasquez diserte, agnum illum ait fuisse præci-
pue figuram sacrificij Christi cruenti. Thomas in 3. q. 73. a. 6. Chri-
stum passum dicit fuisse figuratum in agno, quia immolabatur ab omni
multitudine filiorum Israël decima quarta luna quod fuit, inquit, figu-
ra passionis Christi, Ribera de festis Ebr. l. 5. c. 4. *Immolatio*, inquit
agnæ

agni Christi in cruce immolandi apertus typus fuit, & post, ut agnus immolatus fuit figura passionis Christi, sic manducatum ait figuram fuisse manducationis corporis Christi quæ fit in Eucharistia. Et vero istis tacentibus scriptura hoc refellit, quod Bellarm. asserit, de quo aliàs.

XII.

IV. *Sacrificia non fuisse Typos nostrarum satisfactionum*: Peltanus Jesuita l. de satisf. nostri, nimium audacter: *Constat*, inquit, *omnia V. T. sacrificia, quæ in diversorum peccatorum expiationem diversa conditionis hominibus à Deo O. M. præstita offerrebantur, expressum satisfactionum nostrarum typum gessisse: Quæ satisfactiones ut Salmeron. in super dicit tom. 4. p. 1. tr. 16. nil Christi meritis, aut Sanguini Agni quicquam derogant, cum tota vis promerendi atq; satisfaciendi dignitas non proficiatur ex nobis, q. ex nobis sed à virtute Agni & à Sp. S. in nobis & per nos operante &c.* At vero, cujus rei satisfactio plena & perfecta jam est ante præstita, illius satisfactio nullo jure denuo repeti potest: Neq; enim satis est factum, quam diu superest aliquid ad effectum impetrandum: At vero Christi satisfactio fuit plenaria, perfecta, sufficiens, quæ meritorum, indulgentiarum, satisfactionum nostrarum supplementis, additamentis, commentis nihil eget, ut solide è SS. monstratur alibi. Ergo. Et præterea, Quâ scripturâ præeunte dicitur Sacrificia V. T. fuisse typos nostrarum satisfactionum? Ubi vero dicit scriptura sacrificia fuisse satisfactiones nostras pro reatu solius pœnæ temporalis? Imò, aut falsum est, sacrificia fuisse typos sacrificij Christi, & sic plenariam satisfactionem & remissionem culpæ & pœnæ æternæ significasse, quod scriptura asserit, aut falsum sacrificia fuisse typos satisfactionum nostrarum & figurasse satisfactionem solius pœnæ temporalis, ut Peltanus asserit.

XIII.

V. *Unam justificationis causam meritoriam, unum & idem Evangelium, unam per Christi merita justificationem, unam in Christum fidem, unam justificationis fideiq; doctrinam, in utroq; V. & N. T. fuisse*: Dico I. *Unam justificationis causam meritoriam, Unum salvatorem, unum mediatorem, unum agnum suâ virtute expiantem, qui ibi in typis præfiguratus, hic re ipsa exhibitus, ibi efficaciam solum, hic effica-*

C

effica-

efficacia & substantiâ simul præfens est : ut enim nos ad agnum illum expiatorum remoto velamine : Ita Iudæi in V. T. per agnos legales *τυπικῶς* & *παιδαγωγικῶς* ad eundem Deum agnum propitiatorum deducti & excitati sunt : Sacrificia obtulere quidem ad remissionem peccatorum, quia tamen sacrificia non sua sed illius virtute, cujus umbra & exemplar fuere, expiarunt peccata, intueri eos oportuit illum à quo solo est remissio *Act. 10. 43.* in cuius sanguine est iustitia *Rom. 3. 25.* in cuius nomine prædicatur penitentia *Luc. 24. 27. Act. 28. 31.* per cuius gratiam quoque sunt salvati *Act. 15. 10.* extra quem non est salus *Act. 4. 12.* qui tollit peccata mundi h. e. omnium quotquot fuere unquam, sunt, aut futuri sunt hominum, & sic etiam eorum qui vixerunt sub V. T. & venit salvare eos qui perierunt, *Matth. 18. 11.* qui per Adamum ceciderunt *Rom. 5. 15. 18.* qui sub lege sunt *Gal. 4. 4.* qui pars omnium sunt *2. Cor. 5. 15.* &c : Et ideo dicitur de Deo quod proposuerit Christum placamen *διὰ τὴν παρουσίαν τῶν προσηγοριῶν ἀκαρτερμάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ πρὸς ἐνδειξὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τοῖς νῦν καιρῶν* *Rom. 3. 25. 26.* *παροσῆς* non remissio sed transmissio, intermissio, præteritio est, cui recte additur *ἀνοχῇ*, sustentatio, quâ voce, inducias Græci appellant, quibus ad tempus inhibetur bellum : Olim ergo Deus, quæ Pauli sententia est, pro sua singulari tolerantia præteristi peccata hominum, intermisit eorum punitionem, & inq; transmisit præstituto tempore in Christum, severissimo Dei iudicio pro peccatis omnis seculi peccatorum punitum, ut ita eo magis Dei iusticia *αὐτοδοτικῆ* eluceret, &c : Crassus ergo error est, quod crassum errorem vocat Schmalz. asserere veteres per mediatorem venturum iustificatos fuisse, idq; probari nunquam posse &c : Dico II. *Unum & idem Evangelium*, non quidem quoad singulas circumstantias sed quoad substantiam, neq; ut publicum de Messia exhibitum præconium est, ita enim incepit cum Johanne *Marc. 1. 1.* & per Prophetas *περὶ πηγαίου*, *Rom. 1. 2.* sed ut gratuita peccatorum remissionis per Christum (sive exhibendum sive exhibitum, quæ temporis ratio Evangelio accidentalis est) factæ latum nuntium

nuntium est: Eadem enim utrobique Evangelij summa, idem
 nucleus est: Agnus sc. ille Dei qui tollit peccatum Mundi,
 qui est Heri hodie & in secula *Ebr. 13. 8* qui ab origine mundi ce-
 cisus est, *Ap. 13. 8* & ita profuit antequam fuit, de quo etiam
 Moses scripsit *Iob. 5. 46. Luc. 24. 27* non in oraculis solum, sed &
 jam in typis, alio pacto legalis pacti mediator, hoc vero modo
 Evangelij Doctor; de quo etiam Prophetæ restati, quod in eius
 nomine fit remissio *Act. 10. 43*; Unde Paulus disertis verbis ait my-
 sterium illud æternis temporibus tacitum, manifestatum autem
 esse *dià Θεαφῶν προφητιῶν Rom. 16. 26*. Dico III. *U-*
nam per Christi merita justificationem: Non quidem negatur pro-
 positum fuisse justificationis modum legalem, qui est per legis
 opera, sed quia per legem non servatur omnis caro *Ier. 31. 32.*
Gal. 3. 21 &c: propositus insuper est modus justificationis E-
 vangelicus, qui fit per Christum mediatorem, quo non nos so-
 lum sed & illi sunt justificati: Idque ex priori consequens est:
 Idem utrinque Agnus tollens peccata, Idem mediator,
 Idem Evangelium, eadem DEI gratia, eadem non
 imputatio, remissio, ablatio peccatorum est *Pf. 32. 1. 2. seqq.*
Rom. 4. 22. 23 &c: Eadem ergo justificatio. Falsum proinde
 asserit Socinus, quando ait non eodem modo utrobique homines
 coram Deo justificatos fuisse *l. de iust. p. 15.* & cum eo Schmalz.
contra 4. d. Frantz. p. 96. Dico IV. *Unam in Christum fidem: Una*
& eadem est Abrahamæ & nostra fides ait *Iren. 1. 4. c. 38*. nec Abrahamæ
 solum sed & piorum omnium utriusque fœderis, non quidem
 quoad gradus noticiæ, qui secundum magis & minus in utroque
 Test. variant, Ibi sub agnorum & victimarum umbris procul
 positus videbatur, qui hic remotis umbris præsens visitur: Ibi
 nox fuit, hic dies effulsit *Rom. 13. 12.* neque mysterium Christi fuit
 agnatum filij hominum, *ὡς ὄν*, sicut nunc *Eph. 3. 4*. sed ta-
 men quoad specificam rationem fiduciæ, siue fiducialis apprehensionis, quæ utrobique fuit eadem, fructumque meriti Christi æ-
 qualiter utrobique accipit & participat: Sacrificia enim justiciam
 fidei prædicant, vel potius Agnum Dei peccata Mundi tol-
 lentem fide apprehendendum exhibuerunt: quomodo & Abrahamæ
 dicitur vidisse diem Christi *Iob. 8. 56.* & pater esse omnium cre-
 dentium

dentium, h. e. exemplar & documentum omnium in iustifica-
 tione per fidem Rom. 4. 11. 23. seqq. & de omnibus dicitur quod
 per fidem facti sint hæredes iusticiæ Eb. 4. 11. seqq. & habuerint te-
 stimonium fidei. Non ergo est anilis fabula, ut fabulatur
 Schmalrz. cit. 1. iustificatum esse in V. T. aliquem fide in Christum me-
 diatorem, commentum potius anile Scholasticorum est, iustifica-
 tum esse quenquam per opera (sive legis naturæ ante Mosen
 sive Mosaicæ post Mosen,) Portentum vero est, quod parturijt
 Bellarm. l. 1. de Missa c. 20. *Sacrificium crucis non esse proprium
 Christianæ religionis, sed commune omnibus veris religionibus quæ ab i-
 ntitio mundi fuerit:* At vero hætenus una fuit vera religio, una fi-
 des, una veritas, quia plures unâ fide & religione veræ esse non
 possunt, sicut plus uno verum esse nequit, & sic non fuit alia
 V. alia N. Test. religio, sed una utrobique; & eadem: Est vir qui-
 dam inter Calvinij sectatores Doctissimus, qui statuit, *etiamsi
 multitudo in V. T. nihil cognitum perceptumve habuisset de Messia, nihi-
 lo tamen minus cælestem beatitudinem dari illis potuisse propter Patri-
 archas qui Messiam mente intuiti sunt, & fæderis hanc promissionem ac-
 cepere à numine &c:* Et sic quod multitudini Israëlitarum data sic salu-
 esset, propter Messiam data esset, profuissetque hoc illis, quod majores eorum
 tantis promissis habuerant fidem: &c: Quæ vero, ait, in universum vul-
 gus Israëlitarum credere necesse habuit, ea ferme istiusmodi sunt, DEI
 virtute res posse maximas & admirandas perfici, certa esse illius promissa,
 colendum illum non vultu & fronte sed animi obsequio &c: Fidem vero
 eam quæ in Messiam est, haut ex omni parte dicit esse eandem cum ista quæ
 in univrsum Dei adhibetur promissionibus &c: E quibus constat vi-
 rum illum à gravi errore excusari non posse. Dico V. *Unam
 justificationis & fidei in utroque Test. doctrinam:* Nam Ubi eadem ju-
 stificationis fideique ratio est, ibi eadem, quantum ad id punctum
 doctrina, idem doctrinæ principium est, è quo liceat utrinque ve-
 ram de justificatione doctrinam haurire: Iterum ergo aberrant
 Photiniani qui, ut alias de V. T. scriptis parum honeste sentiunt
 ita non è V. sed N. T. scriptis modum & doctrinam justificatio-
 nis deduci volunt, quod justificatio per fidem nunquam fuerit ibi propo-
 sita hominibus ut ait Schmalz. contra Fr. d. 4. p. 93. 419.

XIV.

VI. *Sacrificia à Deo fuisse*: Fuere enim Typi, uti dictum, & expressæ Imagines sacrificij Christi in cruce offerendi: fuere ergo signa ex instituto (quia non naturâ) & ex ordinatione & institutione divinâ (non humana) Frustra sane hominum inventis colitur Deus *Matth. 15. 9. Deut. 4. 2. c. 12. 32. Num. 15. 39. Es. 1. 12.* Patriarcharum vero Sacrificia probavit & respexit *Gen. 4. 4. c. 8. 21.* non ergo fuere hominum placita: Tum vero sunt ex fide oblata *Ebr. 11. 4.* quæ verbo mandati & promissionis innititur, sine fide enim Deo nil quicquam placere potest, *Rom. 14. 23. Ebr. 11. 6.* non bove mactato cælestia numina gaudet, sed quæ præstanta est, & sine teste fide. Tum vero obedientia melior est victimis *1. Sam. 15. 22.* non ergo, dummodo victimas Deo acceptavit, sine obedientiâ & mandato offerri potuere: Reijculi proinde habendi illorum furores, qui cum Manichæis *sacrificia idololatriam & superstitionem vocabant*, ut est apud August. l. 5. contra Faust. c. 5. aut cum Judæis asserunt *Habelem* (quod quidam Judæus B. Frantzio respondit *Witebergæ*) *ex simplicitate sacrificasse quod existimaret Deum more hominum cibus delectari*, qui tamen fide obrulit *Gen. 4. 4. ἡγορω θυνοτος ἐν τοῖς δώροις ἀπὸ τοῦ τοῦ Θεοῦ Ebr. 11. 4.* Nec audiendus Ambros. qui l. de Noë & arca putat Noachum non justum à Deo aut monitum erexisse altare & holocausta obtulisse, neq; debuisset Dominum quasi *avarum*, mercedem gratiæ postulare, & justum intellexisse eam esse veram gratiarum actionem, quæ non juberetur sed deferretur. Anastas. quoq; Nicen. putat Deum propter imbecillitatem *Judæis sacrificium permisisse*: Perspicuum legi est ait q. 50. non præire sacrificiorum exactionem, neq; de holocaustis esse voluntatem Dei qui legem tulit, sed eum se demittere ad illorum imbecillitatem, Quando enim vitulum fecerunt, & dijs qui non erant sacrificare aggrediebantur, tunc post legem datum quoq; est præceptum de sacrificijs, ut qui semel ad ea quæ non erant suam exercuerunt meditationem, eam verè transferrent ad eum, qui est revera Deus &c: Pontificiorum pleriq; contendunt esse de jure natura ut Deus colatur externo aliquo sacrificio, & si enim quidam distinguunt inter id quod est de jure naturæ primario, ita ut ejus omisio sit peccatum, & id, quod est de jure naturæ secundario, quatenus naturæ congruit & conveniens est, velintq; hoc secundo modo sacrificiorum oblationem

tionem ad jus naturæ pertinere, alij tamen sentiunt, Thomæ opinionem, quam præferunt fuisse, quod sacrificium ad jus naturæ pertineat primo modo: Inde est, quod existimant Adamum si primus sacrificium obtulit, & offerre docuit id fecisse naturæ ductu, & si aliqua fuerit revelatio pertinuisse eam ad sacrificij circumstantias & de terminationem, non vero ad mandatum de colendo Deo per Sanguinem: Imo vero Ethnicorum sacrificia, ut ex lumine naturæ orta non fore superstitionem, si vero Deo sacerdotes eorum offerrent, asserit Lessius l. 2. de Iust. & Jure c. 33. Hæc illi, quos tamen ut in Papatu alij, ita nuper Suaretz diserte impugnavit, & recte; Destructio enim ejus rei quæ offertur Deo non est grata nisi tanquam signum, non autem est naturale, sed ex instituto, non ergo est grata Deo nisi interveniente institutione legis positivæ: Neq; ratio ulla est quare natura dicat, vel necessarium vel consentaneum esse Deo offerre sacrificia externa: Quid si ratio dicat DEUM tanquam Sp. exterris & corporeis hostijs non delectari? Nota est Zaleuci lex: Non colitur Deus impensis multis sed studio & virtute bonorum iustorumq; operum: Itaq; bonum oportet esse actione & voluntate, qui vult DEO charus esse: Pythagoras in victimarum mactationes quibus Dei nomen contaminari putavit acerrime invehus est, neq; putavit licere cognatas eade nefanda exturbare animas, graviter couque-
tus de ijs, qui ---- ipsos

In scriplere Deos sceleri, nomenq; supernum
Cæde laboriferi credunt gaudere juveni.

XV.

PUNCTUM III.

Quare sit DEI?

Dicitur AGNUS ILLE DEI, non tam propter differenciam, ut à reliquis legalibus agnis & victimis discernatur, qui etsi Deo non tamen immediate à Deo erant destinati, quam propter eminentiam quia à Deo præordinatus & prædestinatus Act. 4. 23. c. 13. 27. à Deo in protevangelio promissus, definito Deo consilio traditus, Act. 2. 23. à Deo peccatum factus, 2. Cor. 5. 21. à DEO percussus, Es. 53. 6. & missus est, ut esset victima

victima Dei qua iram Dei sentiret, & fieret $\alpha\gamma\lambda\iota\alpha\sigma\tau\eta\varsigma$,
 $\epsilon\pi\iota\sigma\tau\alpha\sigma\tau\eta\varsigma$ τῷ θεῷ, Deut. 21. 23. sive ut Paulus, $\eta\gamma\alpha\tau\epsilon\gamma\alpha$,
 Gal. 3. 13. qui nostro loco, quatenus vas noster erat, in carne
 nostra maledictum sentiret, ut nos reciperemur in gratiam, &
 Deum iratum nobis reconciliaret, Non enim à seipso hoc ope-
 ris aggressus est, sed Deus peculiari consilio hunc Agnum misit,
 imò vero & ipse tradidit, ut esset sacrificium pro peccatis Mundi:
 sive ut Paulus ait $\pi\epsilon\sigma\sigma\eta\tau\omega$ Rom. 3. 25. h. e. juxta æternam
 $\pi\epsilon\sigma\sigma\eta\tau\omega$ nobis propiciatorem & redemptorem designavit, ut vi-
 ctimâ corporis sui, in sanguine suo nobis fieret $\delta\lambda\alpha\sigma\theta\iota\omega\varsigma$, placa-
 tor, extra quem noluerit propiciari, utpote per peccata offensus
 & alienatus maximè: Ceteri agni, ait in h. l. Melancht. tractati
 à patribus aut Sacerdotibus, & si erant typi tamen non erant à Deo conse-
 crati & uncti, ut fierent victima, ne peculiariter ad hoc donati nobis e-
 rant, ut ferent hostie &c: Sed solus Messias est Dei Agnus h. e. inenar-
 rabili Dei consilio constitutus, ut fieret victima & ad hoc consecratus atq;
 unctus, missus ac donatus nobis: Thomas in expof. Evang. secund.
 Joh. tom. 14. oper. p. 12. Dicitur Dei, ait, quia in Christo sunt dua
 nature, humana sc. & divina, & quod hoc sacrificium esset virtuosum ad
 purgandum & sanctificandum à peccatis, habet ex virtute divinitatis, in
 quantum sc. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, vel dicitur A-
 gnus Dei q. oblati à Deo, sc. ab ipso Christo, qui est Deus sicut dicitur ob-
 latio hominis quam homo offert, vel dicitur Agnus Dei, Patris sc. quia
 ipse providit homini oblationem ad offerendum pro peccatis sufficientem,
 quam homo per se habere non potest. Theophylactus in h. l.
 $\tau\omega\ \theta\epsilon\omega\ \lambda\epsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\iota$ $\alpha\mu\acute{\nu}\omicron\varsigma$ $\delta\ \chi\epsilon\iota\varsigma$, $\epsilon\iota\tau\epsilon$ $\tau\omega\ \theta\epsilon\omega\ \omega\varsigma$ $\pi\epsilon\sigma\sigma\delta\epsilon\chi\alpha\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$
 $\tau\omega\ \epsilon\pi\iota$ $\sigma\omega\tau\eta\epsilon\alpha$ $\eta\mu\acute{\omega}\nu$ $\theta\acute{\alpha}\nu\alpha\tau\omega\ \tau\omega\ \chi\epsilon\iota\varsigma$, $\epsilon\iota\tau\epsilon$ $\omega\varsigma$ $\tau\omega\ \theta\epsilon\omega\ \delta\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$
 $\alpha\iota\tau\omega\ \delta\iota\tau\epsilon\ \delta\upsilon\pi\epsilon\rho$ $\eta\mu\acute{\omega}\nu$ $\epsilon\iota\varsigma$ $\theta\acute{\alpha}\nu\alpha\tau\omega$. Dei agnus dicitur Chri-
 stus sive tanquam Dei acceptantis Christi pro salute nostra mortem,
 sive tanquam tradentis eum pro nobis in mortem. Inde Consecraria
 sunt,

XVI.

1. Christum desinitò Dei consilio traditum esse, ut moreretur pro pec-
 catis nostris: Traditus est à Deo patre Rom 8. 32. à seipso Gal. 2. 20.
 Eph. 5. 2. à Diabolo Ioh 13. 2. à Juda proditore, Matth. 26. 15. à Ju-
 deis

dx̄is Matth. 27. 2. Marc. 15. 1. à Pilato Matth. 27. 26. à Deo per misericordiam, à seipso per obedientiam spontaneam & benivolentiam, à Diabolo per suasionem & malevolentiam, à Juda per avaritiam, à Judæis per invidiam & malitiam, à Pilato per timorem &c: Deus ut optime Lombard. I. r. Sent. d. 48. c. 2. bona voluntate Christum mori voluit, Judæi vero impiavoluntate eum crucifixerunt, Et volebant Judæi mala voluntate quoddam, quod Deus bona voluntate volebat sc. ut Christus pateretur & moreretur, sed volebant & aliquid aliud quod Deus nolebat sc. occidere Christum quæ fuit actio mala & peccatum: Actum quippe Iudæorum non voluit Deus, passionem vero Christi voluit, voluit itaq; tota Trinitas ut Christus pateretur, nec tamen voluit ut Judæi Christum occiderent, quia voluit penam Christi, sed non voluit culpam Iudæorum, nec tamen noluit, si enim nolisset nec fuisset. Probe ergo videndum, ne incidamus hic in Scyllam dum volumus vitare charybdin, utrumq; fugiendum, tum fatum sroicum absolutæ illius necessitatis, quasi quæ seclerata manu fecerunt & perpetrarunt facinora Judæi, in crucifixione Christi, absoluto & fatali Dei decreto impulsifecerint, & necessario fecerint, ut aliter facere non poterint, quia Deus non aliter decreverit; tum Pborinianum assertum mortis Christi occasionalis, q occasionaliter solum in istas calamitates incidere Christus, sicut Petro v.g. aut Paulo accidit, nec eo fine à Deo sit traditus, ut peccatis Mundi tollendis victima fieret; Proinde & hoc constat, injustum non fuisse, Christum puniri pro nobis quia à Deo summe justo punitus est propter nos, neq; puniendi causas DEO defuisse.

XVII.

II. *Actum Dei in hoc negotio esse remissionem antecedente solutione sive satisfactione, Non est acceptilatio, ut male Socin. ait, neq; solutio quæ ipso facto liberet, neq; novatio aut delegatio ut vocant Jcti, sed remissio quoad reum, & relaxatio sive dispensatio quoad legem, præstita tamen satisfactione h. e. rei aut facti talis exhibitione, quam non ipso quidem facto, sed accedente voluntatis actu & cōsensu liberatio sequitur, quod vulgo vocant aliquem contentare. Dispensatio inquam est, ideoq; οὐδὲ ἔν νόμον οὐδὲ*

ἐν δὲ χρῆ νόμου ἀλλὰ ὑπὲρ νόμον καὶ ὑπὲρ νόμου ut veteres
de συγγνώμῃ eleganter ajunt.

XVIII.

III. Liberationem à peccatis esse finem mortis Christi, non quoad nos
solum sed & quoad Deum, ita ut mors Christi priorem effectum ha-
buerit circa liberatorem, quam circa liberatum, circa DEUM
quam nos, neq; ut Socin. vult, nos pararit ad accipiendam re-
missionem, aut ingenerarit fidem &c: Sed moverit Deum ad
remittendum, Est enim *Agnus Dei* h. e. sacrificium Deo & à Deo
oblatum, Sacerdos autem ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν
θεὸν Ebr. 5. 1. non vero ὑπὲρ θεοῦ τὰ πρὸς τὸν ἀνθρώπων, quod
prophetae non sacerdotis est. Sacrificium autem est actus sa-
cerdotis qua talis Ebr. 10. 1. c. 8. 3. Ideoq; & sacrificium Christi
sit pro homine ad Deum &c.

XIX.

PUNCTUM IV.

Quid sit τὸ αἶρειν, Tollere illud de quo h. l.?

Vocula αἶρειν, qua usus Evangelista, tum hic, tum alibi in
eadem materia 1. Ioh. 3. 5. varia in S. S. Græcis N. T. significat: I.
Est è loco in locum transferre Marc. 6. 29. Matt. 14. 12. c. 21. 21. c. 22. 13. Mar. 11.
23. Act. 27. 13. ubi est, αἶρειν τὰς ἄσσοις, nota vero est significatio ver-
bi αἶρειν, quod etiam de navi è portu discedente dicatur, quod
Latini declarant solvendi verbo, forte quod discedentes retina-
cula solvant, αἶρειν verò putant dici nonnulli eos qui solvunt
quod mala sive vela atrollant &c. Pessime sanè vulgatus, *Quum su-
stulissent Asson.* II. Ausferre & remove, *wegnehmen* Matth. 9. 16.
Mar. 2. 21. c. 4. 15. Matth. 13. 12. c. 21. 43. c. 24. 17. 39. c. 25. 28. 29.
Mar. 13. 15. 16. c. 16. 18. Luc. 6. 29. 30. (quod Matthæus expo-
nit per λαβῆν, c. 5. 40.) c. 8. 12. 18. c. 11. 22. c. 17. 31. c. 19. 21. 22.
24. 26. c. 23. 18. Ioh. 2. 15. c. 10. 18. c. 11. 39. 41. 48. c. 15. 2. c. 16. 22. c.
17. 15. c. 19. 15. 31. 38. c. 20. 1. 13. Act. 8. 33. c. 21. 36. Eph. 4. 31.
&c. III. Ad portandum elevare, *auffheben*, *auff sich nehmen*, *Matt.*

D

9. 6.

9. 6. 6. 11. 29. Mar. 2. 9. 15. 12. Matth. 14. 20. 6. 15. 37. Mar. 6. 43. 6. 8.
 8. Matth. 10. 24. Luc. 9. 23. Mar. 8. 34. 6. 10. 21. Mat. 17. 27. Luc. 9.
 24. 25. 6. 9. 3. Mar. 6. 8. Matth. 20. 14. Mar. 15. 24. Luc. 9. 17. 6. 17. 13.
 Act. 4. 24. Apoc. 10. 5. Iob. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 6. 8. 59. 6. 20. 15.
 Act. 21. 11. 2. Cor. 6. 15. Huc facere volunt aliqui locutionem Iob.
 10. 24. εως οτα την ψυχην ημων αρεις Erasim. & Beza,
 quo usq; animam nostram suspendis, Vulgat quo usq; animam nostram tol-
 lis, h. e. ut Amer. exponit, anxiam & suspensam tenes. Est qui
 ex Hebraismo eruat hanc phrasin, cui αρειν ψυχην est furari
 sive auferre cor sive animam alicujus, quod de eo dicitur, qui clam a-
 lio agit eumq; res suas celat. ut Gen. 31. 26. 30. &c: IV. Onus ali-
 quod humeris gestare, trahen / Matth. 4. 6. Luc. 4. 11. Matth. 27. 32.
 Marc. 15. 21. Mar. 2. 3. &c. Sic Luc. 11. 52. ηρατε την κλειδα της
 γραμματος tulistis, Beza, sustulistis clavem scientie, quo Erasim. putat
 significari, scribas tulisse h. e. in se recepisse & gestasse claves co-
 gnitionis, quia solis sibi legis & cognitionem & munus docer-
 di vendicabant,

XX.

70. Interpp. hac voce frequentissime sunt usi, cum primis in
 seqq. radd. 1. ΝΩ, (quæ vox ut Pagnin. notat proprie signi-
 ficat onus tollere in humeros, & ad portandum suscipere ut, mo-
 tum magis significet quam quietem, cum peccati nomine tamen
 significat, aut terre peccatum, ejusq; obnoxium esse, aut condo-
 nare peccatum &c.) Gen. 43. 34. 6. 44. 1. 6. 45. 27. 6. 46. 5. 6. 47. 30.
 Ex. 23. 14. 27. 28. 6. 27. 7. 4. 30. 4. 6. 37. 5. 14. 15. 27. 6. 38. 7. & in in-
 finitis locis alijs, ut & composit. εραρα Gen. 29. 1 &c. επαρα
 Gen. 7. 17. &c. υπεραρα 2. Par. 32. 23, &c. II. ΗΩΝ colligere
 in unum redigere, auferre remove, perdere, q. d. congregan-
 do tollere Es. 16. 10. 6. 57. 1. III. ΟΩΝ detinere de-
 ficere, ut nil rei supersit amplius, Es. 16. 4. ηρη η σαρμαχια σου
 IV. ΩΩ decidere succidere difsecare Es. 53. 8. αρεται απο της
 γης η ζωη αυτου. V. ΩΩ pra pudore avertere Gen. 40. 16.
 ωωην ετι αρα χινθρατων αρειν VI. ΩΩ abijci deiici
 conteruam animo aut robore, conterere, frangere, Es. 30. 14.
 οσραρον

ὄντα κεν ἐν ᾧ πῦρ ἀρεῖς VII. לט onus amovere, detegen-
 do exonerare, projicere 1. Sam. 18. 11. הִן הָרַע סַדֵּל נָדָה
 II. X. קבל accipere, auferre, accipiendo assumere &c. Es. 53. 8.
 כִּי תַכְרֹת אֶת הַכְּרִיסִים אֲנִי מִן הַיָּד
 IX. ONO cum fastidio rem si-
 ve personam rejicere reprobare repellere, Es. 33. 8. הִי דִּישָׁתְּךָ
 אֲרֵצָה, sic ἀφ' ἡρώται μου ἡ ζωὴ Job. 9. 21. X. שׁוּב re-
 cedere removere Mich. 2. 3. οὐ μὴ ἀρῆτε πρὸς τραχῆλους. XI. הִנּוּ agi-
 tare circum quāq; Es. 10. 15. εἰάν τις ἀρει ἐξ' ἄβδον sic comp. μά-
 χαρχάν σου ἐξήρες Ex. 20. 25 XII. נטנ inclinare declinare,
 reclinare, divertere, extendere, &c. Job. 15. 25. הָרַע חַיָּרוֹס Jer.
 43. 10. אֲרֵי תֵּדָע הַיָּמִים עַל אֲנֹכִי, Ita comp. ἐπάριω Ex. 10.
 13. XIII. עטנ movere se loco, promovere se alio, proficisci,
 Num. 2. 17. 1. Reg. 5. 17. 2. Reg. 4. 4. 1er. 31. 24. Compos. vero
 אַפְרָיָה, עֲזָרְיָה frequentissime, sicut & ἐπάριω Job. 41. 17.
 μεταίρω Ps. 79. 9. XIV. רור recedere declinare, divertere
 Gen. 35. 2. Es. 5. 23. c. 17. 1. XV. רר detrahi, decesse, deced-
 re Es. 59. 15. הַיָּמִים אֲלֵהֶם הָרַע XVI. טע onus imponere
 onerare Es. 46. 3. הַיָּמִים אֲלֵהֶם הָרַע XVII. רר
 ordine disponere, ordinare, &c: 1. Par. 12. 8. אֲרֵי תֵּדָע הַיָּמִים
 הַיָּמִים XVIII. רר elevare extollere, evehere in locum
 sublimiorem, Ios. 4. 5. 1. Sam. 9. 24. Es. 57. 14. Ita &
 אַפְרָיָה, עֲזָרְיָה ἐπάριω. XIX. טט ad imum usq; perdere, cor-
 rumpere Es. 51. 13. &c.

X X I.

Phrasis vero Tollere peccata in SS. significat aut r. condonare,
 remittere peccata, præcipue cum de Deo dicitur, ut Ps. 32. 1.
 שׁוּב שׁוּב q. d. ablati peccato, 70. אֲנִי אֲפַיֵּס אֵת אֲשֵׁרֶיךָ
 Gen. 4. 7. nonne si benefeceris erit levatio טע Pagn. accepta-
 tio, h. e. condonatio sive remissio peccatorum: Sic 1. Sam. 15. 25.
 וְתִטַּל אֶת־הַחַטָּאת מִן־נַפְשִׁי Vatabl. parce peccato meo, 70. אֲרֵי תֵּדָע
 הַיָּמִים אֲלֵהֶם הָרַע, Vulg. porta quæso peccatum meum: sic 1. Sam. 25.
 28. שׁוּב לִנְפְשִׁי Vatabl. parce pravariationi, Vulg. aufer iniqui-

ratem 70. ἀρεν δὴ τὸ ἀνόμημα &c. Ita Lev. 10. 17. cum il-
 lam dederit vobis יָצַתְתֶּם אֶת-הַיָּדָא, 70. ἵνα ἀφέληται τὴν ἀ-
 μαρτίαν, ad portandum inquitatem. h. e. ad remittendum iniqui-
 tatem congregationis, id est, ut remissam declaratis, ut ait Vatabl.
 in h. l. vide etiam Ex. 34. 7. Ps. 99. 8. Mich. 7. 18. Es. 33. 24. Ps. 25.
 18. — Aut 2. penas peccato debitas luere: Ut Num. 18. 1. Tu
 & filij tui (ait Deus ad Aharon,) & domus patris tui tecum
 portabitis iniquitatem Sanctuarij יָצַתְתֶּם אֶת-הַיָּדָא 70. ἀφέετε
 τὰς ἀμαρτίας, h. e. dabitis pœnas, si quod peccatum fuerit in ce-
 remonijs sanctuarij vel, vos custodes eritis Sanctuarij, & neminem
 qui non sit de tribu vestra permittetis ministrare in sanctuario,
 alioqui, vos portabitis perpetratum malum, ut exponit Vatabl.
 & Tremell. Sic Ex. 28. 43. Non ferent iniquitatem, h. e. non
 luent peccatum, non punientur, sic Lev. 24. 15. Qui maledixerit
 Deo suo portabit iniquitatem suam, ἀμαρτίαν ἀφέεται. Et Num.
 14. 33. portabunt fornicationes vestras, v. 34. portabitis iniqui-
 tatis vestras, &c. h. e. dabitis pœnas: Sic Num. 30. 16. Ezech. 4. 5. 6.
 6. 18. 20. Lev. 5. 1. &c. Inde portare onus Gal. 6. 5. por-
 tare iudicium Gal. 5. 10. portare ignominiam Ezech. 16. 52. 58. c. 32. 24.
 portare iram Mich. 7. 9. &c. Aut, quæ significatio huic cognata
 est 3. Peccata aliena, sibi imposita & imputata suscipere, portare, vice
 & loco alterius pœnas peccati sustinere, & ira auferre: Sic de
 summo Sacerdote dicitur Ex. 28. 38. Portabit iniquitates eorum
 נָשָׂא, 70. vertunt ἐξ ἑαυτοῦ In quem locum Tremell. Non in
 persona sua (portabit) sed in summo Pontifice Christo, quem typice re-
 ferebat, notantur enim hic duo beneficia Christi remissio peccatorum &
 reconciliatio æternæ benevolentia: Et Fagius: Tollit iniquitatem
 (Sacerdos) quam admittere possunt Israelitæ in sanctificationibus suis
 h. e. in oblationibus suis sanctis, & in alijs donis si quid peccent non ritè of-
 ferendo aut ea offerendo, quæ offerri non debent, condonabitur eis propter
 Sacerdotem summum qui Christum representabat; Theodore: Ego e-
 xistimo, ait, magnum sacerdotem sibi populi iniquitatem vendicasse & at-
 tribuisse & velut unâ cum ipsis peccasset, preces adhibuisse, & tanquam
 suorum veniam populi delictorum suscepisse. Evidentissimè omnium
 hæc significatio extat Lev. 16. 21. seqq. ubi de Hircō יָוִיץ, quem

ἀρεν δὴ

ἀνομιὰς αὐτῶν vocant 70. dicitur, *Imponet Aaron ambas manus suas
 super caput hirci vivi & confitebitur super illud omnes iniquitates filiorum
 Israël & omnes pravaricationes eorum, cum omnibus peccatis eorum, &
 ponet illa super caput Hirci, ac emittet illum per manum viri preparati
 in desertum, וְנָשַׂא הַשְּׂעִיר עֲוֹנוֹ, & ληΐεται ὁ Χίμαρος ἐφ'
 ἑαυτῷ, portabit hircus ille super se omnes iniquitates eorum in terrā
 inhabitabilem. &c. Portavit autem Hircus ille peccata tam
 impurative, quia per Sacerdotis manus sibi imposita suscepit &
 gestavit quam pœnaliter quia abstulit è medio filiorum Israël
 atq; expiavit, moriendo pro peccatis eorum: Iudæi tradunt
 Hircum illum ab alienigena quodam in desertum abductum ad
 montem quendam, cui nomen *רִינִיב* ibiq; de vertice summo
 præcipitarum atq; detrutum esse, tenente inferim eo qui abdu-
 xerat, rubri coloris filum quod ad Hirci cornua alligatum erat
 in manu sua, ubi si Deus reconciliari noluisset, colorem retinuit, sin
 factus est propitijs album apparuit &c. Liranus ait, hircum sic
 esse emissum in desertum ut ibi relinqueretur devorandus pro hominibus
 morte dignis pro suis peccatis. Quem morem portandi & auferen-
 di peccata, pessimā *ἡγοροῦσθαι* aliæ quoq; Gentes imitari volu-
 isse, visa sunt. De Massiliensibus specialiter memoriæ pro-
 ditum est, quoties pestilenta laborarent, solere pauperem ali
 publicis sumptibus, qui verbenis ornatus & sacris indutus vesti-
 bus per urbem duceretur cum execrationibus, ut in ipsum o-
 mnia civitatis mala reciderent, & sic dijs immortalibus immo-
 laretur. De Egyptijs Herodor. prodidit, quod amputato capiti pe-
 tudis quævis in sausta imprecantur, (quod facere iussus est à Deo
 sacerdos Lev. i. 4. c. 4. 15. 24. 29. 33.) ita ut si quid vel ab ipsis
 vel à sacrificiis antibus vel universa Egypto mali eventurum sit, id omne in
 caput illius victimæ vertatur, quod diris ita onustum, postea projectum est
 in flumen. Leucadij, ut auctor est Strabo, in Apollinis sacrificio quot an-
 nis hominem maleficum, avium pennis ipsisq; etiam avibus accinctum un-
 diq; & onustum de sublimiori specula præcipitem dant, sinibusq; suis eici-
 unt ut peccata eorum auferat; Judæi hodierni et si sacrificijs careant
 Gallum tamen gallinaceum album utpl. (non rubrum quem dicunt
 esse peccatis infectum) eo tempore ubi incidit tempus imponendi Hirci
 esse*

peccata populi Lev. 16. sibi seligunt, eumq; destinant ad auferendum peccata, ut est apud Buxtorf. Synag. Iud. c. 20. De Halberstadijs quoq; & Trevirensibus sacrificis Flacius autor est, quod virum illi, seminum isti in quadragesima selectos (vulgoq; dictos veterem Adamam, Den altem Adam) certis ceremonijs conceptuq; precibus, suis peccatis deestanda superstitione, onerarint.

XXII.

Christus ergo h. l. *ἀίρεσιν ἀναρτίαις*, tollit, vel potius portat peccatum, in se susceptum, sibi que imputatum, portando expiatur, expiando aufert, efficitque ut remittatur. Ut *ἀίρεσιν*, h. l. tum *אָרַעס* tum *כָּבֵל* sit, quod est propriè serviliter grave onus gestare in tergo, bajulare, portare, Es. 53. ubi quoque Christus Agnus vocatur, diciturque correctio pacis nostræ fuisse *יָרִי יָרִי* super ipsū, & Deus *הַפְּנִיעַ בְּרוּךְ* iniecisse in eum peccata omnium nostrā.

XXIII.

Ut verò exactiùs, quæ dico, consent, notari potest, Christus tollere peccata quatuor quasi vicibus & momentis: 1. In Articulo redemptionis acquisitivè & satisfactoriè, sive meritoriè, QVO AD MERITUM, dum peccatum nostrum sibi imputari, in sese derivari, seseque pro peccato haberi patitur, peccatum ab humeris nostris aufert, in suos transfert, portat, expiatur, aufert, suo merito; Et illud *ἀίρεσιν* sive tollere, quod Johannes h. l. intelligit (dicitur enim *ἀναρτίαις τῶν ἁμαρτιῶν* tollere, & sic etiam impiorum) tres quasi Gradus involvit, 1. Peccati susceptionem, quæ Christus aliena peccata tanquam sua suscepit, factus peccatum, 2. Corinth. 5. 21. non *subjectivè* quidem & habitualiter, ipse enim peccatum non habet, 1. Iob. 3. 5. Agnus immaculatus & incorruptus, ut macularum extersor, ac vitiorum & sordium à peccato manantium. Quamvis enim peccata nostra suscepit, & morbos portaverit, ipse tamen nihil eorum admisit, quæ curationis indigent, ait Nazianz. orat. 42. de Pasch. Ecce Agnus sine maculâ, ait S. Bernhardus, Agnus qui tollit peccata mundi; Quis enim peccata melius tollere potest, quàm is in quem peccatum non cadit? Iste sine dubio lavari non potest, quem constat, inquinatum non esse, in vigil. nat. Dom. serm. 4. Homo Christus, ait Fulgentius, qui pe-

cat

causa non habebat propria, potestate dignatus est aliena, ad Tractum. lib. 3.
c. 29. Neque tamen suscepit opinativè tantùm, putativè, imaginariè, quoad externam speciem & formam, quæ nihil sub se veritatis habeat, hoc enim si esset, putativa esset redemptio nostra; sed imputativè & relativè, quia patet ipsi peccata nostra verissimè & realissimè imputavit, & nostri loco ipsum habuit tanquam peccatorem, in quem coniecit peccata omnium nostrùm, q. dixisset, Tu sis Petrus ille negator, Paulus ille persecutor blasphemus & violentus, David ille adulter peccator ille qui comedit pomum in paradiso, latro ille in cruce; in summa, tu sis persona, quæ fecerit omnium hominum peccata, cogita ergo ut solvas & pro eis satisfacias. Ibi lex venit & dicit, invenio illum peccatorem, & quidem talem qui suscepit omnium hominum peccata in se, & nullum præter ea peccatum video nisi in illo, ergo moriatur in cruce, atq; ira invadit eum & occidit, ait B. Lutherus in c. 3. ad Galat. ubi plurima in hanc rem elegantissimè & suavissimè scripsit. Augustinus quoque Euch. c. 41. Ipse peccatum, ut nos iusticia, non nostra, sed Dei; nec in nobis, sed in ipso, sicut ipse peccatum non suum, sed nostrum, nec in se, sed in nobis constitutum, similitudine carnis peccati, in quo crucifixus est, demonstravit. Prorsus eo modo, ut hircus etsi non esset in intusculus, habebatur tamen & erat per imputationem immundus τυπικῶς: ita Christus quoad suam personam innocens, in personam tamen nostri, ut Ferus Conc. Mogunt. ait, nocentissimus fuit. Ut hostiæ erant peccata, quia in ipsas peccata populi reatusque iræ ac pœnæ Dei per imputationem suo modo τυπικῶς transferebantur; ita etiam Christus factus est peccatum, 2. Cor. 5. 21. εὐλογῶ τυπικῶς, quia realissimè sibi imposta & imputata hominum peccata suscepit, & id vocatus quod nos eramus, nos fecit quod ipse erat, ait Theophyl. h. 1. B. Augustinus. huc applicat verba vulgatæ versionis Psalm. 22. v. 2. Longè à facie meâ verba delictorum meorum: Quorum delictorum de quo dictum est. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius. Quomodo igitur dicit, delictorum meorum, nisi quod pro delicto nostris ipse precatur, & delicta nostra sua delicta fecit, ut iustitiam suam nostram iusticiam faceret. Ipse quoque Bellarm. h. 1. ait, quod Christus delicta dicat sua, quia in se suscepit, ideoq; non possint conjungi cum salute suâ. At, quod inde colligo contra Bellarminum: Qui peccata nostra sibi tribuit ac si sua essent,

& 107

& nostra delicta vocat sua, is certè se aliquo sensu, & quidem eo, quod in se suscepit, vocat peccatorem, & sic per injusticiam nostram verè potuit dici peccator, nos verò, quòd inde consequitur per ipsius justiciam verè dici possumus justì; At verò Christus peccata nostra sibi tribuit, vocat sua, &c. E. 2. *Peccati suscepti portationem.* Christus enim peccata nostra, onus sanè omni ætina gravius, omni pondere ponderosius laboriosissimè gestavit, ut emphaticè dicit verbum חָבַס *Esai. 53.* pariter ut Hircus emissarius portavit super se peccata populi sibi per sacerdotem imposta & imputata, *Lev. 16, 21. 22.* τυπικῶς, Ita Christus peccatorum nostrorum bajulus laboriosissimus, portavit peccata totius mundi ἀνὲ τυπικῶς, & pœnas peccatis nostris debitas sustinuit, seque tanquam peccatorem & fontem nostro loco sivit puniri, ait Oecom. in 2. *Cor. 5.* & sese tanquam peccatorem damnari permisit, tanquam maledictum mori, ut ait Chrysostr. in eund. Unde optime B. Lutherus, Das Lamb Gottes / das da trägt die Sünde der Welt. 3. *Peccati portati expiationem, abjectionem, remotionem è conspectu DEI, Er hat die Sünde auff sich genommen / Er hat sie getragen / Er hat sie hinweggenommen:* Portando enim peccata nostra, & pœnas in sese derivando, Christus ea simul expiavit, pro iis plenissimè satisfecit, mundum Deo reconciliavit, & peccata post tergum, sive ut Micha ait, in maris profundum abjecit; In SS. dicitur ἵλασκέου τὰς αμαρτίας τῷ λαῷ, expiari, vulg. *repropiari peccata populi, Heb. 2, 17.* apparuisse per hostiam εἰς ἀβύσσον αμαρτίας, *Ebr. 9, 26.* Vulg. *destructionem, Vatabl. profligationem,* Beza, *ad peccatum è medio tollendum.* ἀφαιρεῖν de re dictum (nam de personâ est aspernari, *Marc. 6, 26.*) proprie est aliquid suo loco ut indignum amovere, aut suo loco motum pro casto & irritò habere, ut *Gal. 2, 21. c. 3. 15. 1. Tim. 5, 12.* & *1. Cor. 1, 19.* correspondet verbo ἀπολεῖν, quod est penitus abolere, & *Marc. 7, 13. Matth. 15, 6.* verb. ἀκυρῶν & Hebr. סָחַק, ut accipitur *Zephan. 3, 4.* Ita leges dicuntur ἀφαιρεῖσθαι, quum abrogatæ tolluntur, & pro cassis habentur, quod huic loco quadrat optime, ut legem quoq; ipsam peccandi in Adamo latam per Christum abrogatam esse sciam⁹

sciamus. Dicitur quoque Christus peccata ἀνεγκέειν. Ebr. 9, 28.
 & ut additur 1. Per. 2, 24. ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ὅπου τὸ ξύλον, Vulg.
 legit in priori loco exhaurire, fortè quod hauriri dicuntur, quæ
 ex imo sursum tolluntur; Beza attollere, sursum ferre, allusione fa-
 ctâ ad holocausti ritum, Christi typum, quo victima in aram at-
 tollebatur, ut expiaret peccata: Ita Christus peccata nostra sibi
 imposita in crucis altari sustulit, suâ oblatione expianda, unde
 factum, ut Syrus è consequenti verterit per sacrificare, Ebr. 9, 28.
 altero verò loco Græcè sic legit, ἐβάστασεν πᾶσις τὰς ἀμαρτίας
 ἡμῶν καὶ ἀνεγκέειν αὐτοῖς, *basulavit omnia peccata nostra, & sursum
 tulit ea*, quò etiam respiciens Paulus, dixit Christum affixisse
 cruci Chirographum, Colossens. 2, vers. 14. &c. Dicitur quoque
 τῶν ἀμαρτιῶν καὶ θάρισμόν ποιῆν δι' ἐαυτοῦ, Heb. 1, 3. quo ipso in
 limine ostendit Apostolus, Christum per se præstitisse, quod om-
 nes victimæ legales per sese ipsas præstare non potuere.

X XIV.

II. in Articulo Justificationis, applicativè, & efficaciter, QUOAD
 REATUM, dum Christus per & propter satisfactionem à sese
 præstitam, tollit peccata quoad pœnam. h. e. remittit & condo-
 nat, à peccatis in judicio Dei absolvit, & justos pronunciat. Quò
 respiciens Chrysostomus, Non dicit, inquit, qui tollit aut tulit, sed
 tollit peccatum mundi, ut quotidie ea tollere intelligatur, non enim cum
 passus est solum nostra abstulit peccata, sed ex illo hæcenus tollit. Tollere
 verò illud non est deletorium, quod peccati maculam & labem to-
 taliter abstergat debeatque, ita ut in homine justificato nihil maneat
 sordium, nihil supersit reatum, ut Lindan. sive ut Concil. Trident.
 ait, ut tollatur reipsâ omne id quod habet in homine rationem peccati,
 Hoc enim Scripturæ, experientiæ, orationi Dominicæ, sancto-
 rum querelis, & monitioni de sordibus peccatorum quotidie
 deponendis directè repugnat, sed judiciale potiùs, sive forense,
 ubi peccatum tollitur ab homine, sicut reatus culpæ in foro judi-
 ciali per sententiam absolutariam judicis à reo tollitur, etsi ma-
 neat in ipso labes quod peccatū commiserit; Ita in Dei quoq; ju-
 dicio peccati homo reus peragitur, accusatur, cōvincitur, propter
 præstitam tamen à Christo peccatorum expiationem satisfacto-
 riam verâ fide apprehensam, à peccatis absolvitur, peccatū quod

E

reatum

reatum attinet, ab eo tollitur, ut nihil superfit in eo damnationis, Rom. 8, 1. etfi maculam fomitemque peccati penitus in hac vita delere & labstergere non possit: Tum vero tollere illud in hoc circo justificationis est *imputativum*, sive morale, nec realem aut physicam in homine mutationem, sed moralem notat, ubi homo reconciliatus alio sit jam apud Deum numero & loco, quam ante fuit, & jam non habeatur amplius pro peccatore reo iræ Dei & damnationis, ut habitus ante est, jam non imputentur ei amplius peccata, ut imputata sunt ante, jam non, videantur amplius in homine, à quo quoad reatū ablata sunt, ut visa fuerūt ante, &c. Scriptur. V. T. utitur in hac re verbis (1.) חָסַד, quod est Condonare, remittere peccata, parcere, propitium esse, ignoscere, 70. *יְלֵוֹס עִמִּי, יְלֵוֹמֵנִי, עֵוִיל אֲפִי, & מִן מַחֲדָּתִי, Num. 14. 19. cap. 15. 28. Ps. 103, 3. Es. 55, 7. (2.) רַחֵם* quod est parcere, clementiā uti, misericordiā moveri, (ut Vatabl. semel vertit) 70. *Φειδομεν & ἐλεῶ Gen. 19, 16. 1. Sam. 15, 3. 2. Chron. 36, 15. Ezech. 16, 5. (3.) סָפַר* quod est parcere, parcere, misereri *102, 17. (4.) חָסַת* tegere, operire, occultare imponēdo aliquid, quo tegas, operculo vel veste, 70. *κάλυπτω, ἔπι κάλυπτω, Psal. 32, 1. Ps. 85, 3. (5.) סָפַר* operire cæmento, pice, vel re aliqua simili, quæ ad id quod operitur, adhærescit, ne facile avelli queat, cum hominibus tribuitur, ait Forsterus, significat actionem & ministerium, quo ablato peccato aut immunditie expurgata, aut amotā ira & offensa, gratia, favor, reconciliatio, expiatio, mundities queritur. Cum vero Deo attribuitur, tum significat peccatum vel reatum peccati, vel iram, vel offensam tegere, abscondere, remittere, removere & conspectu, quod est fieri propitium, condonare, parcere, non imputare amplius, aut punire: & dicitur de peccato *Psal. 78, 38 & peccatore Deut. 21, 8. 70. vertunt per יְלֵוֹס גִּנּוּמִי, יְלֵוֹמֵנִי, יְלֵוֹס עִמִּי, עֵוִיל אֲפִי, &c. (6.) יָבִיחַ* abscondere aut occultare, uti polus australis terrā interpositā occultatur, ut conspici non possit, 70. *קְרִיפִי, עֲגִרְפִּי, Lev. 16, 17. Os. 13, 12. (7.) נָשָׂא* (de quo etiam supra) levare, vel tollere ad portandum, Pagn. parcere, 70. freqq. *אֲנִיחֵנִי* vel *אֲנִיחֵנִי, יְלֵוֹס גִּנּוּמִי*, ut *Psal. 32, 1. levatus peccator*. Peccator enim, qui peccatorum conscientia torquetur, onus sibi

sibi omni onere gravius videtur sustinere, quo sanè tum demum
 levatur, cum peccatorum suorum veniam à Deo consequutus est,
 & reatu supplicioque promerito excusatus; Unde Vatabl. *Beatus*
qui exoneratus est transgressione, onere scilicet peccati, quo, jam impe-
 trata venia, ut reus peragi amplius non possit, levatus est. (8) **מחץ**
 delere manu, abstergere aquà, 70. *ἐξάλειψω*, delere ob-
 linendo vel illinendo, *Psal.* 51, 2. h. e. ut v. 11. explicatur, tradere
 oblivioni peccata, q. e. tabulis expungendo, Metaph. ut ait Va-
 tabl. *ab his desunta, qui delent, quæ prius in rationes scripserant*, quo mo-
 do etiam Christus dicitur Chirographum delevisse, *Coloss* 2, 14.
 eodemque sensu petit *Neh.* 6, 13, 14. *μη ἐξάλειψῆ τὸ ἐλεῶ. μου*, ne
 deleas miserationes meas; Ita & *Act* 3, 19. Inde Occamo non malè,
Peccatum deleri non est aliquam rem absolutam vel relativam à pecca-
toe moveri, sed est actum commissum vel omissum ad pœnam nõ imputari, (9)
מחץ, quod est transire facere, trāsferre ab aliquo, *ἁρῆσαι*,
ἀφαιρῆσαι. *Sam* 12, 13. c. 24, 10. quoad reatū sc. ne moretur, ut diser-
 re in textu additu, non morieris, (10.) **מחץ** quod est amovere, (70.
 vertunt *ἐξαιρέω*, *ἀφαιρέω*.) *Es* 6, 7, h. e. non meminisse, propitium
 esse, *Pf.* 25, 6. *Pf.* 79, 8. *Ier.* 31, 34. *Ezech.* 18, 22. *Ebr.* 8, 12. c. 10, 17. N. T.
 Scriptorib. usitata sunt 1. *χαρῆσαι* ex gratiâ donare, condona-
 re, *Luc.* 7, 42. seq. 2. *Cor.* 2, 10. *Eph.* 4, 32. *Col.* 2, 13. 2. *ἰλάσκειν*,
 propitium fieri, expiare, *Luc.* 18, 13. 3. *μη λογιῆσαι*, non imputare
Rom. 4, v. 8. h. e. peccata homini non ascribere ad pœnam sive
 vindictam subeundam, (etsi verè adsint in homine) sive ut Va-
 tabl. ait, propter peccatum non punire, peccatum non impura-
 re ad æternaliter moriendum; 4. *μη ἰσθῆναι*, non statuere aut stare
 facere peccatum, *Act.* 7, 60. ut scilicet sit insolubile, ut habet glossa
 interl. sive ut Lyra, reservando ad pœnam æternam, stant enim
 peccata contra nos in Dei iudicio, quæque nos molimur impiè,
 Deus justo iudicio contra nos in aciem producit, ut ait *Psal.* 50, 21.
מחץ *statuam*, ordinabo coram oculis tuis quicquid fecisti,
 non aliter atque ordinari solent hostium acies, machinæque &
 adversariis obverti; Deus ergo peccatum contra nos in die ju-
 dicii non statuit, non stare facit in acie, turpitudinem cum tegit,
 & pœnas remittit; Frequentissimum verò est (5.) *ἀφιέναι* vel *ἀνιέν-*
ναι, τὰς ἀμαρτίας, remittere peccata, quâ phrasi putat Suareza

in rigore significari ablationem peccati physicam, p. 3. 1 8 de grat. c. ro.
n. 11. Hugo Grotius met aphoricam locutionem ait esse, ab is desunt am,
qui quod retinere possent. dimitunt, siue missum faciunt, ut remittere
peccata sit idem ac missa facere: Mihi, quod contra Suarez. atten-
di velim, remittere esse videtur idem ac relaxare peccata; pec-
catorum enim vinculis reatuq; constricta, & ad iudicem raptata
conscientia, cum veniam impetrat, remissionem quoque, h. e.
relaxationem reatus impetrat, quâ relaxantur quasi & remittun-
tur habent, metuq; supplicii liberata dimittitur conscientia;
Nec infrequens est apud vulgatum Interpp. rum verò apud alios
Remitto pro Relaxo. Falsus ergo Suarez est, cum nec in rigore,
nec in ullâ modificatione remissio peccati, physicam illam, quâ
digito intendit, peccatorum ablationem significare possit.

XXV.

III. In Articulo Sanctificationis, (qui etsi naturæ momentis à ju-
stificatione differat & distet, tempore tamen semper & necessa-
riò simul est cum eâ) efficaciter QVOD DOMINIUM, dum
Christus Spir. S. quem morte suâ impetravit, largitur nobis ad
naturæ reformationem, & sanctificationem indies perficiendam
2. Cor. 7, 1. Eph. 4, 23. 2. Cor. 3, 18 Col. 3, 10. 2. Corinth. 4, 16. Et hæc
sanctificatio est inhæsiua, ac fit per realem in homine mutatio-
nem, totoque vitæ tempore perdurat; Deus enim à reatu sanat
statim, ab infirmitate paulatim, ut Augustinus ait.

XXVI.

IV. In Articulo Glorificationis, quod demum futuro continget
seculo, QVOD SENSUM, motum & radicem, ubi plene de-
mum percipietur efficacia mortis Christi, tolleturque ejus vir-
tute peccatum plenè & planè, quoad materiale & formale, quoad
dominium, viriique sensum & radicem: Tunc enim, ut ait Tho-
mas ex Gregorio, ab humano genere planè peccatum tolletur, cum per
incorruptionis gloriam & nostra corruptio permutabitur, esse namq; à culpâ
liberi non possumus, quousq; in corporis morte tenemur, tom. 15. in aur-
cat. super Joh. p. 216. Phrasis ergo illa TOLLERE PECCA-
TUM, vel potest intelligi de effectu ultimo mortis Christi, ut
significet futurum tandem esse, non in hac, tamen in alterâ vitâ,
ut fideles omninò sint liberandi ab omni peccato, ab omni pec-
cati

cati maculâ, fomite, radice, sensu, dominio, & ut nullâ ex parte habeant aut habituri sint peccata fideles, non jam fideles amplius sed omni parte beati: Et hoc modo verum est, Christum tollere peccata, tollere inquam non in justificatione aut sanctificatione, sed in glorificatione, non in hac, sed in futurâ vitâ: vel potest intelligi de effectu perpetuo, aut continuo, ut significet, jam statim ab ipso justificationis, restaurationis & reformationis initio, atque adeo per totam vitam hanc ab omni peccato libertatem & puritatem totalem fidelibus obtingere, adeo ut non fiat per gradus illa peccatorum ablatio, & corruptæ naturæ repurgatio, promovendo eam & ad perfectionem quotidie tendendo: sed uno eodemque impetu, actu indiviso, & denique in instanti: Et ita falsum est, Christum tollere & avellere à nobis peccatum, falsum, inquam, & Scripturis, piorum querelis, Dei monitis & dictionibus, ipsique adeo experientiæ contrarium. Addo ad ea quæ dixi aliquot *Consectaria*.

XXVII.

I. Christum esse verum Deum, Fert enim, ut Lyra notavit h. l. *Ioannes testimonium de Christo quantum ad ejus divinitatem, cum subditur, qui tollit peccata mundi, quod tollere peccatum est proprium ipsius Dei, tollere, inquam, sive ut Ebr 1. 3. est, facere purgationem peccatorum* *δι' ἑωυτῆς*, & per proprium sanguinem, *1. Iohan. 1, 7. Sanguine enim purgare animas nostras, fratrem suo sacrificio placare, nos reatu absolvere, deniq; munus sacerdotis peragere, ejusmodi sunt effecta, ut & humane naturæ præstantiam superare dubitari nequeat, ait benè Calv. l. 3. Instit. c. 11. Ubi, ut ait alibi idem Calvinus, in morte ipsâ non separabimus naturas, quia Expiatio à solo Homine præstari non potuit, nisi conjuncta esset vis divina, Quod si iure & aptè colligit Apostolus, Christum esse Mediatorem N. Test. quia obrulit se per spiritum, Sequitur mortem ejus idèd expiatoriam fuisse, quæ eius unigenitus Dei filius erat, & humano generi datus Redemptor. Ita Calvinus, qui tamen l. 2. Instit. c. 17, sect. 1. sui non videtur fuisse memor, quando Equidem fateor, ait, si quis simpliciter & per se Christum opponere vellet iudicio Dei, non fore merito locum, quia nbn reperietur in homine dignitas, quæ Deum possit promereri. Neque ex affectis ipsius hodie desunt, qui hæc defenitate au-*

II. In propositione: Christus Agnus ille Dei tollit peccatum mundi, esse communicationem illam, quam Cyrillus *κενοποίησιν*, alii *νεκρωτικὴν ἐνσφύσησιν*, Damasc. *μετ' ἑαυτοῦ* appellat, ubi utraque natura agit quod suum est, & utriusque naturæ operationes ad unum *ὑποπέλασμα* concurrunt. Nam dum una in officio mediationis & expiationis peccatorum operatur altera non est otiosa, multò verò minus separata, sed agenti alteri personaliter unita agit quæq; quod suum est, cum cōmunicatione alterius. Non enim, ut ait Damascenus l. 3. de O. F. c. 19. *humana natura ἀνθρώπων τάντὸν operάβatur, quandoquidem non nudus erat homo, neq; divinus θεῶς τάντὸν secundum Deum solùm, nam non erat nudus Deus, sed Deus simul existens & homo. Et ut ait cap. 15. Divina signa operάβatur divinitas, sed non sine carne, & caro humana, sed non sine Deitate; Patienti enim carni conjuncta erat; Deitas impassibilis manens; & passiones perficiens, E. g. Mactari tanquam agnum & victimam, sanguinem fundere, pati, mori, est humanæ naturæ proprium, & hoc est quod hîc agit humana natura, etsi non ἀνθρώπων τάντὸν tantùm; tollere verò & expiare peccata est proprium divinæ naturæ, idq; est quod agit divina, sed non θεῶς τάντὸν tantùm, quia non est nudus Deus, sed Deus & homo; proinde neq; hoc immediatè agit divina, & solùm quâ Deus est, sed cum communicatione humanæ naturæ, etiam ut Agnus est, qui sanguinem fundit, mactatur, patitur, moritur: Humana verò natura hîc agit non virtute humana tantùm, neq; ex naturalibus viribus, sed ex communicatâ sibi virtute divina per unionem personalem: Utraque ergo natura agit quod suum est; Humana sanguinem & vitam profundit, divina expiat sive tollit, verùm cum communicatione alterius; Expiat enim non θεῶς solùm, sed & ἀνθρώπων τάντὸν per sanguinis profusionem, passionem & mortem; Humana verò patitur, profundit sanguinem & moritur non ἀνθρώπων τάντὸν solùm, sed & θεῶς, per communicatam sibi virtutem divinam, ut ita ablatio sive expiatio peccatorum non fit sine sanguine, & sanguis non fit sine expiatione; sed fit sanguis expians & tollens peccata, & expiatio sanguine facta. Improbandum ergo serîò est tum error illorum, qui con-*

tendunt humanam Christi naturam in operibus officii humani tantum agere ex naturalibus proprietatibus, tum vero Stanca-
rismus Jesuiticus Bellarmini, qui asserit, sacerdotium Christo con-
venire, ut minor est patre, & proinde ut homo est, non ut Deus est, & sic
secundum solam humanam naturam, lib. 1. de Missa c. 6. eo vero
ipso Nestorii hæresin manifestè revocat, naturisque actiones &
passiones seorsim tribuit.

X X I X.

III Christum peccata nostra satisfactoriè tulisse, abstulisse, expias-
se: Tulisse, quia factus pro nobis hostia sive peccatum 2. Cor. 5.
21. peccata nostra sibi imputata & in se derivata suscepit, & ob-
culpam non suam sed nostram in Dei judicio pœnas portavit,
non propter sua sed nostra peccata contritus, plane ut hircus e-
missarius typice peccata populi sibi imposita & imputata por-
tauit in terram inhabitabilem, de quo supra: Abstulisse & expiasse,
quia quod Christus portavit peccata eorumq; pœnam, in expia-
tionem peccatorum, nostriq; liberationem cessit, portando enim
expiauit, & victima factus, interveniente sanguine, absq; quo
non fit remissio Ebr. 9. 22. 23. Deo irato semetipsum obtulit pro
peccatis Hebr. 10. 12. εἰς ἀθέτησιν ἀμαρτίας Ebr. 9. 26. εἰς τὸ
παλῶν ἀνετηκεῖν ἀμαρτίας v. 28. εἰς τὸ ἀφαιρῆν ἡ παρελεῖν
ἀμαρτίας Ebr. 10. 4. 11. Qui ergo peccata alterius tollit, h. e. in
se suscipit, reatum & pœnas eorum portat, portando vero aufert
& expiat, ita ut in Dei judicio interveniente hac portatione &
lutione, alteri qui peccavit liberationem à reatu & remissionem
impetret is verè pro altero satisfacit. Causa enim meritoria est
quæ principem obligat, ut ea persolvat aut præstet, quæ facienti
quod oportebat facere ex merito debentur. At vero Christus,
Agnus ille Dei hoc præstat, peccataq; Mundi ita tollit, Ergo.

X X X.

IV. Proprium fidei salvificæ objectum in quod creditur, esse Christum
etiam quæ Agnus, victima, sacerdos est, sive ut Paulinus loqui-
tur, sacerdos, hostias, agnus & pastor est, qui pro ovibus suis, & pastor pro
pastoribus suis agnus occisus est, qui semetipsum pro omnium recon-
ciliatione patri libans victima sacerdoti sui, & sacerdos suæ victimæ fuit:
Photiniani etiam dicunt in Christum esse credendum, ajuat tamen
fidem.

dem in Christo ut sine ultimo & objecto adæquato non esse terminandam, ino vero fidem sine Christo posse esse integram, non aliter ut veterum fides fuerit sine Christi consideratione: At vero, qui peccata tollere, & sua virtute eorum purgationem facere potest, estq; causa princeps, propria & meritoria credendorum v.g. remissionis & ablationis peccatorum, illi confidentiam & in illam ut adæquatum fidei objectum est credendum. Ideo enim in Deum creditur, & credendum esse cognoscitur, quia sua virtute facit ea quæ credimus, & aufert peccata: Atqui Christus est is qui peccata tollere sua virtute &c. potest. *Ebr. 1. 3. Luc. 24. 47. 1. Joh. 1. 7. &c.* Ergo. Et ideo quoq; dicitur fides in sanguine Christi *Rom. 3. 25.* fides filij Dei *Gal. 2. 20.* fides in Christum *Pf. 2. 30.* Quia vero fides in Christum fertur etiam quatenus Sacerdos est & victima tollens peccata nostra, fides autem non aliter justificat, quam ut fiducia est, in qua fidei justificæ ratio formalis consistit, consequens est, fidem non aliter justificare quam ut fiducia in Christum mediatorem est, qui nobis morte sua peccatorum remissionem & salutem promeritus sit: Neq; alia ratione pertinere potest ad fidei objectum, quam ut est causa meritoria salutis nostræ.

X X X I.

V. Christum non esse causam justificationis nostræ organicam, sed præcipuam: Socin. in tr. de Justif. Christi sanguinem dicit per accidens facere ad justificationem: In miscell. Christum vocat causam instrumentalem: At vero Christus est ille qui tollit peccatum mundi, cui actus expiationis, ablationis, remissionis peccatorum non hic solum sed & alibi *1. Joh. 1. 7. 1. Cor. 6. 11. Es. 43. 25. 26. Eph. 1. 7. Ebr. 9. 12. Luc. 24. 47.* sicut & justificationis *Rom. 5. 9. 2. Cor. 5. 21. Rom. 8. 34. Act. 13. 38. 39.* pax cum DEO *Joh. 14. 27. 6. 16. 33. Rom. 5. 1. Eph. 2. 14. Es. 9. 6.* sanctificatio *Eph. 5. 26. 27. 2. Cor. 5. 17.* tanquam causæ primariæ tribuitur, imo vero κατ' ἐξοχὴν dicitur justitia nostra *Ier. 23. 6. 1. Cor. 1. 30.* sol justiciæ *Mal. 4. 2.* lux vera *Joh. 1. 9.* rex justiciæ *Ebr. 7. 2.* quæ causæ organicæ tribui neutiquam possunt.

X X X I I.

VI. Formalem rationem justificati onis esse non imputationem sive remiss.

remissionem peccatorum & imputationem justitiæ Christi. Pontificijs hic associantur Photiniani, qui erroneum vocant asserere, quod in innocentia & justitiæ Christi imputatione sit formalis ratio justificationis: Est & quidam *Anglus*, qui etsi non neget, justificationem esse peccatorum remissionem, negat tamen & impugnat prolixè, esse justitiæ Christi imputationem! Verum Christus peccata & pœnas peccatorum in se suscepit, fuit Agnus *ἀΐων*, suscipiens, portans, tollens peccata mundi, peccata proinde nostra Christo sunt imputata, factusq; est peccatū 2. *Cor. 5. 21.* h. e. est insignis peccator, per imputationem, prorsus ut *τιμωτός* in V. T. victimas & agnos, hircum cum primis emissarium *Lev. 16. 11.* peccata per imputationem transferebantur, eoq; etiam nomine maledictum factus *Gal. 3 13.* fulmen maledictionis sustinuit, non propter sua sed nostra peccata utiq; non infusa ipsi sed imputata: Quo autem fine hæc imputatio peccatorum facta est? quare Christus portavit peccata aliena? *Utiq;* ut nobis donaret justitiæ suam ut Fulgent. ait, sive ut Paulus, ut nos essemus justitiæ Dei in ipso 2. *Cor. 5. 21.* Sicut ergo Christus justissimus factus est agnus portans peccata, adeoq; peccator in judicio Dei, per imputationem, ita nos peccatores & iniusti, efficiamur justitiæ Dei, adeoq; justii coram Deo non in nobis sed in Christo per imputationem: Qualiter enim peccata à nobis derivantur in Christum, taliter nos ab illis absolvimur, & taliter peccatorum expiatio fit nostra.

X X X I.

VII. Non tolli ab homine aut in Bapt. aut in justificatione omne illud quod habet rationem peccati, contra quâ, ut supra quoq; dictū, Conc. Trid. sub anathematis fulmine sancivit: Tolli peccata in Bapt. aut justif. non est nostrum, qui neget, sed eo modo tolli ut nil supersit sordium, nil restet, quod rationem peccati induat amplius, nullo scripturæ apice evincitur: Tollit sane peccata Deus, cum remittit, & condonat, pœnam atq; reatum relaxat, à supplicio absolvit, uti notavist *h. 21. 23. seqq.* non vero cum peccata annihilat, nuspiam enim in SS. tollere peccata continuâ illam peccatorum annihilationem & è subjectis expulsionem, sed aut univ. salem Christi satisfactionem, aut factam credentib; peccatorum

F

remissio-

remissionem, (quam sanctificatio & glorificatio ut fructus inse-
quuntur) designat. Nos potius argumentamur: Qui in justis
ita tollit peccatum ut remittat & non imputet, & tegat &c. Ille
non tollit physice, totaliter, perfecte, quoad formiteram sive ra-
dicem sed solum judicialiter quoad reatum: Ac vero ita tollit
Deus: Ergo:

XXXII.

VIII. *Non restare nobis, culpâ peccatorum remissâ, pœnam satis-
factionibus redimendam, sive ea æterna sit, sive merito Christi in
temporalem mutata sit: Quos hic nervos intendant Papicolæ,
ut illud de nostra satisfactione commentum sua falsitate intrica-
tissimum, imperitioribus obrudant, non est operæ pretium
edisserere: Obrudant, obtendant illi, quantum liber, tota ta-
men illa satisfactionum, indulgentiarum, jejuniorum, votorum,
supererogationis operum, vigiliarum &cet. structura, meri-
tum Christi si non directe at tamen oblique convellit: Portavit
ille peccata nostra, portavit pœnas, portavit onus divinæ indi-
gnationis, culpam pariter & pœnam expiavit, agendo patien-
doq; uberrime satisfecit, plenarias & totales indulgentias nobis
acquisivit, suscipiendo pœnam & non culpam, ait August. culpam dele-
vit & pœnam, sive, ut Lombard. simplam accepit verustatis, h. e. pœnæ,
ut nostram duplam consumeret, h. e. culpæ & pœnæ; Quæ enim hæc
portatio, ablatio, expiatio peccatorum est, nisi sublatio simul
& expiatio pœnæ est peccatis debita? Quomodo peccatum expi-
ari, tolli, auferri, potest, nisi tollatur simul reatus sive obli-
gatio ad pœnam? Quomodo DEUS reconciliari ejusq; offensa
tolli potest, nisi tollatur simul & pœna merita, ab irato & of-
fenso Deo infligenda? Anne qui reconciliatus est denuo puniri?
aut qui in gratia est pœnam denuo subire, aut qui pœnas luit in
Christo denuo luere? aut qui perfectam satisfactionem in Chri-
sto præstitit denuo satisfacere potest? Irane justitia Dei permit-
teret ut idem peccatum bis puniatur, in Christo & in nobis? Anne is
cujus peccata sunt tecta, remissa, abjecta, sublata, delata, quoad
reatum & pœnam, tamen sustinere poterit pœnam & reatum?
Tunc peccatum omnino perfecte censetur remissum cum non solum culpa
sed et.*

sed etiam omnis poena fuerit remissa ait Bell. l. 5. de amitt. grat. & statu pec. c. 20.

XXXIII.

IX. *Πεσσιμὰ κὰρ ἑλπία* Agnos cereos consecrari, quibus vis peccata expiandi dæmonesve fugandi &c. tribuatur. Ita fit in Papatu: Nam ut ait Amalar. Fortunat. Episc. Trevir. l. 1. de Eccl. off. c. 17. Consuetudo est, die pascharos benedici ceram oleo mistam, indeq; fieri agnos, eosq; reservari usq; in octavas Paschæ, in octavis vero post communionem dari populo &c. Ritum hunc Agnum consecrandi ex Judaismo vel ut Baron. fatetur, paganismo ortum prolixè describit è Ceremoniali Romano Hospinian. de orig. festor. Christ. p. 76. Miracula aliquot hujus agnus Dei recenset Baron. tom. 1. anal. ad an. Chr. 59 n. 78. virtutes ejus Urban. V. P. M. cum tres Agnos cereos Græcorum Imperatori mitteret, ita recenseri curavit:

Balsamus & munda cera cum Chrysmatis undâ,
Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum,
Fonte velut natum, per mystica sanctificatum,
Fulgura desursum depellit, & omne malignum,
Peccatum frangit ut Christi sanguis, & angit,
Pregnans servatur simul & partus liberatur,
Dona defert dignis, virtutem destruit ignis,
Portatus mundè de fluctibus eripit undâ.

O pectora cæca! ô vanas mentes! Itane ceram suspicitis, cerâ peccatorum maculas abluitis! cerâ dæmonum insultus avertitis? Agno Dei vivo cereum sufficitis? Quid hoc nugarum imo & blasphemiarum est, rei inanissimæ, cereæ, nihili virtutem peccata tollendi Dæmonesq; fugandi, quæ folius Christi est deferre?

XXXIV.

PUNCTUM V.

Quid Peccatum sit, quod tollit?

Ἀμαρτία dicit Joh. h. e. desiniente Suida, τὴν τῷ ἀμαρ-

F 2

τοῦ ἀμαρ-

Joh̄ à πρωτίας, sive ut 1. Joh. 3. 4. ἀνομιὰς, legis divinae transgressionem, sive corde sive ore, sive opere, sive dicto, sive facto, sive cogitato, sive ipsa etiam naturali inclinatione fiat. Non enim facta solum, aut dicta, sed ipsa quoq; cordis figmenta Gen. 6. 4. & 8. 21. ipsum πρῶτον & φέρνυα Rom. 8. 6. ipsamq; adeo naturæ inclinationem peccati incusat, totamq; naturam peccato infectam esse dicit Sp. S. Hoc ergo est illud quod per Christum tollitur, pro cujus expiatione Christus moritur.

XXXV.

Ufus vero est singulari numero Peccatum, ut universam damnationem, sicut ait Melanchl. h. l. h. e. immensam illam humanisq; viribus, omniq; Angelicæ potestati intolerabilem peccati molem denotet, quæ culpam & pœnam, inobedientiam generis humani, reatum iræ Dei, mortem & pœnas æternas involvit, & phrasi Hebraica peccatum dicitur; Theodoret. h. l. Quare non dixit peccata Mundi sed peccatum, ut videlicet per hoc quod dixit peccatum, universaliter peccatum crederetur innuere, sicut consuevimus dicere, quod homo ejectus est de paradiso h. e. omne genus humanum: Dicitur peccatum & non peccata ait Thom. in expos. Evang. secundum Iohan. ut ostendat in Universali quod abstulit totum genus peccati, &c. Inde deduco consec.

XXXVI.

I. Christum pro omni peccato satisfecisse, & ut ait Joh̄. peccatū, h. e. omne quod peccati rationem habet, totamq; peccatorum molem & colluviem in Christum esse translatam & pro ea satisfactum: Obsolete Scholasticorum error est, Christum tantum pro peccato originis & pro actualibus Baptisimum antecedentibus satisfecisse, pro cæteris vero nobis ipsis satisfaciendum esse, ut videre est apud Thom. op. 53. de Sacr. alt. c. 1. Bonav. l. 3. sent. d. 20. q. 3. Guil. Altifiod l. 3. sent. d. 12. Ruardus vero Tapperus in expl. art. 6. Lovan. non asserit solum, hominem; Deo pro culpa satisfacere posse, sed & tom. 1. f. 141. diserte dicit Christi meritum non mereri nomen perfectæ satisfactionis: Contra hos meriti Christi non dicam ho-

cam hostes sed iniquissimos arbitros tenendum est, Quod 1. In-
 definite Joh. ait: Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum, h. e. uni-
 versum peccati multitudinem, Scriptura enim cum absolute loqui-
 tur de peccatis de omnibus peccatis intelligi solet & debet, & si liceret ex-
 ponere de quibusdam, non de omnibus, absurdissima sententiae in divinis
 literis invenirentur ait Bell. 1. 3. de poenit. c. 4. Imo vero, quod
 hincinde finite, universaliter alibi asserit scriptura, Christum re-
 demisse nos ἀπὸ πάντων ἀνομιῶν Tit. 2. 14. sanguinem J. C.
 mundare nos ἀπὸ πάντων ἀνομιῶν 1. Job. 1. 7. fuso enim
 sanguine sine culpa omnium culparum chirographa deleta sunt, ut August.
 ait l. 2. de remiss. pecc. c. 20. Quod 2. Hircus emissarius, qui fu-
 it Christi typus, dicitur omnes iniquitates filiorum Israël por-
 tasse Lev. 16. 21. 22. 30. ubi tolerari non potest quod Faustus Soci-
 nus p. 2. de Servat. c. 12, asserit per iniquitates ab Hirco porta-
 tas in desertum intelligi solum peccata levia, absq; proposito animi ex
 ignorantia quadam & errore facta, quæ in Epist. Ebr. 5. 2, c. 9. 7. vo-
 centur ἀνομήματα: Sicut & alibi idem Socin. ait sacrificia
 delicta gravia expiare non potuisse, c. 11. cit. 1. Alphonsus Toftatus
 q. 11. in c. 4. Lev. itidem serio negat ad universa peccata pertinere
 potuisse sacrificia, & legulatore de ijs solum peccatis agere, quæ contra
 præcepta ceremonialia fiunt, non vero quæ contra moralia aut judicialia
 Pariter Bellarm: Deus inquit, non instituit sacrificia pro omnibus pec-
 catis expiandis, sed solum pro peccatis ignorantie contra ceremonias legis
 & c: 1. 4. de Pœnit. c. 15. At vero vim faciunt autores isti scri-
 pturis Levit. 4. 2. c. 16. 21. 30. ubi de universis Domini mandatis,
 non solis ceremonialibus, tum etiam de omnibus iniquitatibus
 est sermo; Alibi quoque constat gravissima peccata sacrificijs
 expiari potuisse, 1. Samuel. 3. vers. 14. 2. Sam. 24. vers. 24. seqq.
 Dent. 21. 3. seq. Lev. 16, 16. ἀνομία vero sive ἀνομία idiomate
 Hebreo est prævaricatio legis etiam voluntaria, 3. Esdr. 8. 77. Sa-
 pient. 14. 22. Syr. 23. 2. 3. 1. Pet. 1. 14. Conf. Act. 3. 17. cyp. 13. v. 27.
 1. Tim. 1. 13. 2. Pet. 2. 12. Ignorare enim Hebrais quandoq;
 affectum notat, & idem est ac non curare, negligere legem,
 quam bene noris, non attendere, non observare, transilire, si-
 cut & ἄνω aliquando est verbum Dei negligere, Ps. 119. 67. &

Cum **חטא** permiscetur, *Conf. Lev. 4. v. 2. 13. Num. 15. 22.*
חטא vero dicitur etiam tale peccatum, quod fit ad
 delictum sive scandalum populi, *Lev. 4. 2. 3.* ideoq; non potest esse
 minimum, *Conf. c. 5. 1. seqq. c. 6. 1. seqq.* Sicut & cognatum
חטא usurpatur de peccato maximo *1 Sam. 26. 21. Job. 6.*
24. c. 12. 16. Quod vero distinctim, & in specie pro maximis
 apertisq; flagitijs sacrificia seorsum offerre non jubentur Israeli-
 tis, ideo factum, ut doceretur longissime abesse debere ab ijs
 ejusmodi delicta, Quod enim de Solone Salaminio Cicero &
 Laertius prodidere, cum interrogaretur, quare nullum suppli-
 cium constituisset in eum qui parentem necasset, respondisse, se
 id neminem facturum putavisse, ac sapienter eum fecisse cum de
 eo nihil sanxerit, quod commissum non erat, ne non tam pro-
 hibere, quam admonere videretur; Id quodammodo Moses vi-
 detur respexisse, quod *explicite* pro ijs atrocibus sceleribus v. g.
in Specie pro hoc vel illo delicto adulterij aut fornicationis &c.
 sacrificia non ordinavit, pro quibus tamen *in genere* sacrificia or-
 dinata esse, non est dubium. Ut vero ad propositum revertar; Quod
 sacrificia V. T. hircus cum primis emissarius fecere *τυπικως*, il-
 lud Christus præstitit atq; perfecit *αντιτυπικως* & meri-
 torie: Et quæ peccata tulit hircus, ea etiam tollere omnino di-
 cendus est Christus: Atqui sacrificia tulerunt & expiarunt *omnes*
 iniquitates, &c: Ergo.

XXXIX.

II. Christum semetipsum pro seipso non obrulisse; Error planè in-
 fandus est, quem asserere ausus est Socinus, quod Christus semet pro
 sese obtulerit: Nam præterquam quod nusquam in SS. dicitur vi-
 ctima factus pro seipso, sed pro aliis *Ebr. 9. 14. cap. 10. 12.* semper
 finis illius oblationis dicitur esse peccatorum expiatio, sicut n.
 olim propter peccata mactata fuere pecora, & pro peccatis oblata
 fuere, *Lev. 4. 7. 23. 28. 35. c. 5. 6. 7. 13. c. 6. 7.* Ita etiam Christus fa-
 ctus est agnus sive victima à Deo ad id consecrata, ut tolleret
 peccata, pro sese ergo, quia fuit *ἀναμάρτητος* & agnus immacula-
 tus & incorruptus, victima sive oblatio fieri non potuit.

III. Nullum

III. Nullum peccatum esse, pro quo, quantum est ex parte Christi, simpliciter, & quâ peccatum est, satisfactum non sit, five quod Christus quoad satisfactionem & meritum non abstulerit: Idque est evidens: Omne peccatum tollit, portat, aufert, expiat Christus, Nullum ergo peccatû est, de quo dici possit, quod non tollat, non portet, non auferat aut expiet, sit licet ipsa spiritus blasphemia, de quâ dicit Salvator, quod sit irremissibilis, *Matth. 12, 31.*

PUNCTUM VI.

Quid Mundus, à quo tollit?

Mundi, ait Baptista: Quæ vox utut in SS. varia habeat significata, hîc tamen significat universum hominum genus, tam quoad singulos generum, quam quoad genera singulorum, omnes inquam & singulos homines, quotquot fuere, sunt & futuri sunt, ab initio creati orbis ad finem usque; nequaquam verò solos in Mundo credentes aut electos. Nam i. Hæc vocis hujus propria & germana significatio est, ut quando de hominibus dicitur, significet universum hominum genus. In genuino ergo significato secundû literam est intelligenda, nisi sufficiens ratio diversum suadeat: Alias, si pro lubitu hæc aut illa significatio vocis applicari posset, nihil in omni linguâ certum esset, quia vocula fermè non est, quæ diversa significata non habeat: videndum, quæ vocis propria & germana significatio sit, à qua non est discedendum ad impropiam, nisi textus aut evidentia aut circumstantiæ, aut fidei analogia, locorumque aliorum collatio jubeat. Tutius hîc mihi est, ubi toties dicitur Christum tollere peccata mundi, *Iohan. 1, vers. 29.* dedisse filium Mundo, *Iohan. 3, vers. 16.* esse Servatorem Mundi, *Iohan. 4, v. 23.* dare se pro vitâ Mundi, *Iohan. 6, v. 51.* venisse ad salvandum mundum, *Iohan. 12, 47.* &c. propriæ vocis notioni insistere, quàm hinc inde emendicatis glossis parum firmis, alienam illi significationem, quæ nullâ Scriptura nitur

titur, assignare. Tum verò II. Ille Mundus hic intelligitur, qui alibi dicitur ὁ ἅσματος, 1. Iohan. 2, 2. quo loco facta distributio innuit notari universum hominum genus, nequaquam verò partem mundi minimam solos electos; Ille mundus, qui dividitur in credulos & incredulos Iohan. 3, 16. cap. 12, 47 48, quæ distributio in SS. complectitur totum genus humanum, Mar. 16, 16. &c. cujusque adeò pars maxima ideò damnatur, quòd non credit datum sibi Christum Salvatorem, Iohan. 3, 18. 19. 36. Ille mundus, qui alibi explicatur per omnes homines, 2. Corinth. 5, 14. 1. Timoth. 2, 2. 6. Rom. 5, 18. Colossens. 1. 20. Nam qui dicitur Salvator mundi, Iohann. 4, 23. dicitur Salvator omnium, 1. Timoth. 4, 10. Tit. 2, 10. Ebr. 2, 9. etiam infidelium suãque culpa pereuntium, 2. Corinth. 3, 11. Rom. 14, 16. Ebr. 6, 4. 5. 6. cap. 10, 26. seqq. 2. Pet. 2, 1. c. 1, 9. &c. Imò verò ille mundus hic intelligitur, qui peccato est infectus; venit enim Christus servare, quod perierat per peccatum, Matth. 18, 11. Luc. 19, 10. Quotquot ergo peccatores sunt, qui periére, sunt ille Mundus, ad cuius peccata portandum tollendumque venit Christus, omnes verò homines sunt peccatores, &c. E. III. Huc facit quòd Philo Judæus lib. de Victimis observat, quedam sacrificia facta fuisse pro universã gente, quedam pro universo, si verum fatendum est, humano genere, quedam pro singulis rem divinam facientibus. Quòd autem sacrificia fecére typicè, illud Christum antitypicè præstitisse & perfecisse dicendum est; Origen. lib. 2. in Jobum: Descendens de calis unigenitus Deus in novissimo tempore, terreni corporis testa ex virgine se induens, totius mundi saniem, immunditiam & putredinem rasit atq; mundavit, omnium peccata supportando. Theophylact. in h. l. Omnia omnium hominum peccata quasi in unum fasciculum & globum peccati conglomerare & colligere voluit. Calvinus in h. l. Quum dicit Mundi peccatum hanc gratiam ad totum genus humanum promiscuè extendit, ne sibi solis Judæi missum redemptorem putent. Muscul. in loc. tit. de redempt. pag. 326. Genus humanum complectitur non unam aut alteram gentem, sed Mundum universum, omnes videlicet totius orbis homines, cunctos à primo usque ad novissimum, Scimus quidem, non omnes hujus redemptionis fieri participes, veram illorum perditio qui non salvantur, haudquaquam impedit, quo

minis

minus universalis vocetur redemptio, quae non est uni genti, sed toti mundo destinata. Gualtherus in 1. Johan. 2. Procal facessant omnes cogitationes, quae Christi meritum ad paucos modo extendi persuadere conantur, Johannes enim Christum propiciationem esse dicit pro totius Mundi peccatis, Mundi vocabulo uti voluit, ne aliquem à Christi merito exclusum putaremus. Nicolaus Hemmingius Institut. Christ. de praedestinat. th. 24. Non est quod quisquam existimet, missum esse filium in mundum, ut quosdam selectos tantum de genere humano redimeret, sed potius, ut totius mundi peccata tolleret, juxta illud: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, &c. Bullingerus serm. 2. de Nativit. Christi sub fin. Johan. 1. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata Mundi, Mundus ad omnes & omnium refertur etates, non ad certum vel hominum vel peccatorum numerum; blasphemias enim in sacrosanctum Dei filium ejaculantur, qui docent, Christum vel pro originali peccato tantum, vel non etiam pro omnibus omnium temporum peccatis perlitasse. Hinc ergo Consecrarium est.

XLII.

Satisfactionem à Christo praestitam esse universalem, quoad meriti acquisitionem, pretii persolutionem, Christi intentionem, & voluntatem Dei antecedentem, etsi particularis fieri possit quoad meriti applicationem, pretii soluti fruitionem, hominis acceptationem, & voluntatem Dei consequentem sive judicalem: Ut enim Christi meritum sit salutare, non sufficit Christum mortuum esse, sed & ne cesse est, fide apprehensum esse; Uti non sufficit Medicum emplastra parasse, nisi sit qui applicet; aut coquum edulia, nisi sit qui edat; aut pretium pro captivo solutum esse, nisi redemptione isthac ipse frui velit: Improbandi ergo sermō: I. Conatus Calvini Sectatorum, quos eò impendunt, ut Christi meritum faciant particulare, Est qui ad hunc locum ita dicat, *Etsi verum, quod Christus tollat peccata Mundi, tamen non est verum, tolli à singulis hominibus, b. e. à mundo absq. exceptione*: Beza cum Jacobo Andrea in Colloq. Mompelgard. pag. 541. asseruisset, Mundi vocabulum de singulis hominibus intelligendum, respondit, *Mundi vocabulum Iohan. 1. 29. oppositum esse Istraëli, tanquam totum parti, ut patere possit ex Luc. 2, 32. Iohan. 10, 26. malè proinde pro toto universo accipi p. 2. resp. p. 212. Zanch. 1. Miscell. p. 28. Vocabulum Mundi pro optimâ Mundi parte, i. e. solis electis accipiendū esse monet. Amel.*

G

in

in Collat. Hag art. 2. c. 10. *Mundi nomine ait intelligi non semper omnes & singulos mortales, sed illos quorum caput est Christus.* Molin. In anat. Armin. cap. 29. dicit ita dici, quia in toto mundo nemini remittuntur peccata, nisi per Christum Piscator contra Vorst. Christum non omnium omnino hominum, sed electorum in Mundo peccata abstulisse dicit, Nam, inquit, cum Christus seipsum ut Agnum Dei vellet offerre in sacrificium expiatorium pro hominibus, mundum, h. e. reprobos ab illo exclusit, dicens, non pro mundo rogo; Iohan. 17. 9. Tuissus in vind. grat. potest. & p. p. vid. De lib. 1 p. 2. tit. de elect. sect. 24. Tollere peccata mundi Iohan. 1. 29. nihil aliud est inquit, quam tollere peccata hominum in mundo degentium. Quid vero? Annon electi sunt singuli suo tempore in mundo degentes? aut si tantum electorum peccata tollat, minus verum erit, Christum tollere peccata hominum in mundo degentium? Hæc illi. quæ seorsum singula operosè refutare est alterius instituti. Tum et Impetus Photini sequarum, qui negare impudenter audent, Christum fuisse Mediatorem hominum sub veteri fœdere degentium, anilemque adeo fabulam habent, dicere, quod justificatus quisquam sit in Veteri Testamento fide in Christum Mediatorem. At vero fuere Veteres pars Mundi, h. e. eorum, quorum peccata tollit Christus, qui que adeo fide in Christum Salvatorem peccatorum expiationem impetrare necessum habuere.

Appendix

De Melchisedeche

Quæ fuerit? An Sem Noachi filius, qui ad tempora usq; Abrahami Isaciq; superstes fuerit, & alio nomine dictus sit Melchisedech, quæ opinio Judæis (non tamen priscis illis veteris synagogæ) & Samaritanis à quibusdam tribuitur & à modernis nonnullis defenditur? An vero Cananeus quidam incola, ab Hebræis alienigena, Salemensium regulus, summi numinis Sacerdos, qui Dei agnitione extraordinariâ imbutus fuerit, Deiq; verum cultum apud suos propagarit, à Des item inspiratus & impulsus Abrahamo benedixerit, panemq; & vinum obtulerit, quiq; velut imagine & figura quadam Christum regem & Pontificem O. M. præfigurarit, uti cum Hieron. (qui pro se citat Ireneum, Hyppolitum, Eusebium Casariensem & Emiffenum, Apolli.

Apollinarium & Eustathium) Epiphanius quoq; & Josephus, &
 unanimi pene consensu pleriq; Interpretes hodiè contendunt
 An vero *Angelus quispiam*, qui in humanâ formâ apparuerit Abra-
 hamo, uti Origenes asseruit, quamq; sententiam, & si in commo-
 di quiddam habeat, tamen laudandam esse præ istâ, quam Hie-
 ronymus, cæteri q; veteres & recentiores sunt amplexi, *non nemo*
 opinatur? An vero *virtus aliqua Dei magna*, superne in locis inno-
 minatis consistens & Christo ipso major, ut qui secundum or-
 dinem Melchisedechi sit factus sacerdos, quæ olim opinio fuit
 illorum, qui eo nomine dicti sunt Melchisedeciani, ut est apud
 Epiphani? An vero *ipse sp. s.* quam sententiam Hieracitis tribuit
 idem Epiphani? An deniq; *ipse Dei filius*, suo tempore in carnandø,
 qui specie humanâ, habitu Sacerdotis Regisq; indutus, obviam
 se Abrahamo tulerit, ejusq; animum faustis vocibus ad omnia
 ingentia erexerit, feceritq; omnia ea, quæ in Genesi narrantur
 tanquam officij sui aliquando in terris administrandi quædam q.
ῥήματα & Præludia, quæ sententia nuper à non nemine argu-
 mentis eruditissimis est defensa? *Primæ opinionis*, quam à Judæis
 fictam esse probabile est, contradicitur ex eo, quod Melchisedech
 dicitur, *ἀπαύτως, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν*
μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, sine patre, sine matre, sine genere, nec initium
 dierum neq; vitæ finem habens Ebr. 7. 3. De Semo vero Noachi filio con-
 stat illud ex Gen. 6. 10. tum quod Melchisedech fuit *μη γενεαλο-*
γούμενος ἐξ αὐτῶν, cujus genus ad illos (Hebræos) non refertur Ebr.
 7. 6. ideoq; diversus fuit ab Ebreorum gente, qui tamen à Semo
 genus originemq; duxere: *secundæ* ex eo contradicitur, quod de
 Melchisedecho dicitur, quod *major fuerit Abrahamo* Ebr. 7. 7. tan-
 to sc. Dei amico, omnium credentium patre & exemplari, ut vi-
 deatur necesse, Melchisedechum fuisse naturæ diviniore, & ele-
 vatum ultra hominum fortem, tum quod Melchisedecho homi-
 nes mortales opponi videntur de ipso vero David testetur *ὅτι ζῆν*
quod vivat Ebr. 7. 8. quando sc. dicit Christum esse sacerdotem *in*
æternum, sicut est Melchisedech, Ps. 110. tum quod in Melchise-
 decho & Christo ponatur *δυναμὶς ζωῆς ἀκατάλυτου*, Ebr. 7. 15. 16
 quæ ibi in Levitis negatur, tum quod ineptum videatur, Sacer-
 dotio Melchisedechi majorem perfectionem ascribi quam levi-
 tico Ebr. 7. 11. si Melchisedech homo alienigena, Cananeus &


mo ita-

mortalis fuerit, tum quod sit βασιλεύς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ
 βασιλεύς Σαλήμ ὁ δὲ βασιλεύς εἰρήνης, Rex h. e. autor, iusticia,
 deinde vero etiam Rex Salem, quod est Rex pacis Ebr. 7. 2. ubi Salem vi-
 detur appellativum & nomine pacis ab ipso Apostolo versum esse,
 quæ tamen meri nudiq; & mortalis hominis epitheta & at-
 tributa esse non possunt; tum quod homo non sit, qui sit ἀπῆτωρ
 ἀμήτωρ & C: quod tamen dicitur de Melchisede cho Ebr. 7. 3. ubi
 si dicas, ideo hæc tribui Melchisede cho, quia fuerit ignoti patris &
 ignota matris, ut vertit hæc verba Erasmus, sive ut Syrus, quod nec pa-
 ter nec mater ejus scribantur in generationibus, vix tamen videberis
 effugere: Quor enim in sacris tabulis viri sancti & pii recenseri
 possent, qui sunt ignoti patris, ignoraq; matris, quorum nec pa-
 ter nec mater scribuntur in generationibus, de quibus tamen
 dici non potest, quod sine ἀγενεαλέγηθι, μήτι ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτι
 ζωῆς τέλος ἔχοντας, in æternum manentes, uti de Melchisede-
 cho dicitur, v. 3. Tertie, Quartæ, Quintæ, opinionibus ex eo con-
 trahitur, quod Melchisede ch fuerit Sacerdos Dei altissimi Gen. 14.
 Ps. 110. Omnis vero Sacerdos ex hominibus assumptus ὑπὲρ ἀνθρώπων
 καθεσταται τὰ πρὸς τὸν Θεόν, Ebr. 5. 1. Angelus ergo aut virtus
 Dei, aut deniq; Sp. S. esse non potuit. Sextæ ex eo, quod Melchi-
 sede ch dicitur ἀφωμοιωμένῳ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, assimilatus
 filio Dei, Ebr. 7. 3. ipse ergo Dei filius esse non potuisse
 videtur quia simile non est idem, tum vero, quod Sacerdos
 fuit, ipse autem Dei filius Sacerdos esse nondum potuit, quum
 nondum ex hominibus assumptus & pro hominibus constitutus
 fuit, ut offerret dona & victimas pro peccatis Ebr. 5. 1. Et quomo-
 do Christus dici posset Sacerdos κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδεκ
 Ebr. 6. 20. κατὰ τὴν ὁμοιότητα μελχισεδεκ, c. 7. 15. secundum or-
 dinem, morem, rationem, similitudinem, Melchisede ch, si ta-
 men ipsum Melchisede ch quidam, ut Sacerdos non præiit, aut
 quomodo Christus diceretur esse sacerdos secundem or-
 dinem Melchisede ch h. e. sui ipsius, quo tamen antè visus esset
 nondum Sacerdos? Hæc de Melchisede cho, ultra sententia sit ve-
 ra, aut vero similior, dicam cum Deo quæsitus in congressu.

Errata corrigenda!

Th. 6. lin. 9, dele bis, th. 9. lin. 103. lege, duo quotidie agni mane
 unum & vesperi unum oblari fuerunt.

106 30



Apollinarium & Eustathium) Epiphanius quoq; & Josef
unanimes pene consensu pleriq; Interpretes hodie conte
An vero *Angelus quispiam*, qui in humanâ formâ apparuer
hamo, uti Origenes asseruit, quamq; sententiam, & si in c
di quiddam habeat, tamen laudandam, esse præ istâ, qua
ronymus, cæteri q; veteres & recentiores sunt amplexi, n
opinatur? An vero *virtus aliqua Dei magna*, superne in loc
minatis consistens & Christo ipso major, ut qui secund
dine Melchisedechi sit factus sacerdos, quæ olim opi
illorum, qui eo nomine dicti sunt Melchisedeciani, ut e
Epiphanius? An vero *ipse Sp. S.* quam sententiam Hieracitis
idem Epiphanius? An deniq; *ipse Dei filius*, suo tempore in car
qui specie humanâ, habitu Sacerdotis Regisq; indutus, e
se Abrahamo tulerit, ejusq; animum faustis vocibus ad
ingentia erexerit, feceritq; omnia ea, quæ in Genesi na
tanquam officij sui aliquando in terris administrandi quæ
ἄρχη & Præludia, quæ sententia nuper à non nemino
mentis eruditissimis est defensa & *Primæ opinionis*, quam à
fictam esse probabile est, contradicitur ex eo, quod Melch
dicitur, *ἀπατρως, ἀμητρως, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν*
μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, sine patre, sine matre, sine genere, nec
dicum, necq; vitæ finem habens Ebr. 7. 3. De Semo vero Noachi
stat illud ex Gen. 6. 10. tum quod Melchisedech fuit *μηδ*
γούμεν ἐξ αὐτῶν, *cujus genus ad illos (Hebræos) non refer*
7. 6. ideoq; diversus fuit ab Ebreorum gente, qui tamen
genus originemq; duxere: *secundæ* ex eo contradicitur, q
Melchisedecho dicitur, quod *major* fuerit Abrahamo Ebr.
to sc. Dei amico, omnium credentium patre & exempla
deatur necesse, Melchisedechum fuisse naturæ divini
vatum ultra hominum sortem, tum quod Melchisedech
nes mortales opponi videntur de ipso vero David testet
quod *vivat* Ebr. 7. 8. quando sc. dicit Christum esse sacer
æternum sicut est Melchisedech, Ps. 110. tum quod in M
decho & Christo ponatur *δυναμὶς ζωῆς ἀκατάλυτου*, Ebr.
quæ ibi in Levitis negatur, tum quod ineptum videatur
dorio Melchisedechi majorem perfectionem ascribi qua
tico Ebr. 7. 11. si Melchisedech homo alienigena, Cana

